Tractarūt alij diuinarū rerum lectionē ſolertiꝰ fortaſſe: suntqꝫ ob eam rem maiꝰ nomē adepti. ſed qui Hilarione id religioſius fecerit: fuit (vt fertur) nemo. quippe qui Dauidicū carmen ꝛ ꝓphetica aliorꝫ ſcripta tanqꝫ pñte numine recitabat. ſepe ac multum teſtatꝰ religioſe ꝛ cōſiderare ea eſſe legenda: quia ab almo ſpū ꝓfecta.

¶ De Baſilio magno.

B Baſilius qui magni cognomē tulit: terrene fuit a principio aſſectator ſapientie. omīs dein diſciplinas et humanas artes aſpernatus diuina cepit ſtudio mirari ac tāto affectu cōplecti. vt omni panis vſus viniqꝫ ſibi interdicto: tamdiu eiuſmodi alimentis abſtinuerit: quo ad ſalubrioris diſcipline ſit ſtudio et abſtinentia compos factus.

¶ De diuo Hieronymo.

Sed ꝙ parū ſit celo probabile hoc noſtrū ſcire quod ex Ethnicorū fonte eſt Stridonēſis Hieronymi poſtulatio demōſtrat. qui ad diuinū tribunal deſtitutꝰ vehementer increpitus eſt ꝙ humanarū rerum ſtudijs vir Chriſtiani nois plus nimio ſeſe addixiſſet. eſtqꝫ in archana verba iurare coactus: fore vt nullum deinceps litterarū genus preterqꝫ diuinarū attingeret.

¶ De diuo Seruulo.

Q Quanto tutiꝰ Seruulꝰ vir mēdicus ꝛ eger oīſqꝫ lr̄arie diſciplie adhuc exps qui ex mendicata pecunia ſacrarū litterarꝫ mercatus eſt opuſcula: q̄ alijs ſibi explicāda tradit: vſqꝫ adeo lectioni intētus vt audiendi aſſiduitate curaqꝫ et diligētia pcipiendi ea que legerent: ſanctioris doctrie gnarus oppidoqꝫ ſciens euaſerit.

¶ De deipara virgine.

Sacratiſſima xp̄i mater: cuius vitā nullus vnqꝫ plene laudari potuit: a nona diei hora ad primā facē quotidie Bibliacos lectitauit libros: ꝓfuitqꝫ plus vni virgūcule ſingularis lectio ad beatitatem ꝛ decus: ꝙ oīnibus ſapientibꝰ omnes Bibliothece.

Exemplorum ſabellici.

De diua Cecilia.

CEcilia patritia domo Rome: orta ſedulo euangelice hiſtorie/ librum aut legit: aut in gremio habuit obuolutū: ne non ſemper preſto eſſet: in quo mens celo addita quū vellet: velut concentu quodam ſuaui q̈ harmonia reficeretur.

De diua Marcella.

p Ar ſtudiū: ſtudijq̈ affectus in Marcella ꝛ ipſa nobili quiritiū q̈ generis: q̄ quum incredibili cura diuina lectitaret: illud eſt poſtremo aſſecuta: vt ſemꝑ in eius ore Dauidi cum illud eſſet. Abſcondi in corde meo eloquia tua. cetera nota ſunt. Eſt.n. carmē ſnīe grauitate haud ignobile.

De Syluia Ruffina.

MAiore quadā idole Syluia Ruffina Alexandrie prefecti filia in Thebaidis ſolitudīe conſtituta aſſidua lectiōe adepta eſt: vt non ſola ſibi eſſe videretur: quū omnino eſſet ſola. quin eorꝫ virtutes quos legebat cōtēplās effinxit effingēdo ad profectū emulata eſt.

De ethnicis exemplis. Et primum.

De Platone.

f Uit ꝛ in alijs gentibus ſuus lectiōis affectus. plato humane ſapiētie lōge princeps tātū Pythagorice diſciplīne trbuit vt philolai Crotoniate: fuit is Pythagoricus: magno precio emerit lib.os. emptos tāto ſtudio lectitarit. vt ad eius defuncti caput ſint reperti:

De Marco Tullio.

CEterū quātū Plato vir ſummus eſt Philolaū miratus. tantū nec minus Platonē. M. Cic. qui vſq̈ adeo ei⁹ copiā effinxit vt pene ille ipſe ſit factus. pari affectu Iſocratis: incunditatem eſt emulatus: ac vim Demoſthenis: quorꝫ virtutes aut exequauit hō ad eloquētiam natus: aut ꝓpria vi nixus ſupauit.

De magno Alexādro.

DIdicit Alexander Macedo nō pauca ab Ariſtotele: ſed puer. adultus vero medioq̈ gerēdarū rerū ardore Homerici carminis lectione captus. tanto eius: rei ſtudio tenebat vt aureū ſcriniū gēmis preditū in Dariana preda reptum in eum vſum legerit: vt Homeri opera eo incluſa bellicis geſtarentur expeditionibus. dignus qui tantum vatem ſortitus eſſet: aut certe talem: vt ne ſuuꝫ Eacide inuidere debuerit.

De Vergilio vate.

QUid Vergilius Maro qua indagine ſenſendus eſt Enniū legiſſe: quoties repetitum dextra leuaq̈ ptractaſſe: rerum pondera egiſſe: verba penſitaſſe: qui forte rogatus quid ageret. ſe aurum colligere dixerit ex Ennij ſtercore.

De Ennio vate.

IAm vero ipſe Ennius niſi Homerum miratus frequenter quoq̈ lectitaſſet: nunq̈ illius ſe animam ſortitum teſtatus eſſet: ſed ſomnium illud verius fuit q̈ vaticinium.

¶ De Tiberio Ceſare.

TIberius princeps tanti Parthenīū fecit vatem Arianum et
Euphorionē vt triuin poetaꝝ carmē ⁊ imagines inter vetuſta
et illuſtria vatum noīa omnibus bibliotecis religioſe ꝓpemo
dum dicarit. quos niſi frequēter legiſſet: tā impēſe fauiſſet nūꝙ
ſed ingens ſilua hec: non vnus in oībus ſe affectus. diuerſa va=
riaqꝫ ſunt hominū ingenia. aliȷ̄ alios ꝓbant: atqꝫ vſqꝫ adeo iudicia hec va
riant: vt Liuium ⁊ Maronē duo precipua latialis lingue noīa infenſe ode
rit Caius princeps fax humani gn̄is.

¶ De veſtitu et cultu corporis. Capitulum: viiȷ̄.

NAtura omniū parens et opifex ſolertiſſima abūde ſatis do
cuit hominē ſi vnum id animal non ſeipſum obliuiſceret: ꝙ
nullo opus ſit ad tegendum corpus velamento. niſi aliquis
hanc nouercam libentius vocet: quod nefas ſit dicere quia
cetera animalia corio: teſtis: pluma: vellere: aliȷ̄ſqꝫ tegumē
tis muniuerit: ſolum hominē nudum in nuda terra naſcen=
tem abiecerit. at pleriqꝫ hominū hodie nudi agunt: cū oīes agere potuiſ
ſent: niſi luxus vitam ꝑdidiſſet: legibuſqꝫ nature ꝓcul relictis: eo ꝓceſſiſ=
ſet: vt ꝑ furorē et inſaniā tam non que tegant ſed que onerēt humana cor=
pora: iter ignotas feras ⁊ maris belluas: tam ſtulte ꝙ laborioſe querant.

¶ De Prothoplaſto.

PRothoplaſtus: ⁊ que illi cōfeſtim comes data eſt mulier Eua
ꝙdiu deliciosam illam terre partem tenuere: vbi vitalem vitā
diuinitus acceperant: nudi egiſſe dicūtur. mox inde eiecti: texe
re folȷ̄s verenda: crudis pellibus humeros amicti.

¶ De Jo. zacharie filio.

NEc multo cultius vixit Jo. zacharie filius Jordanis accola:
veſte amictus camelorū ſetis ꝯtextata: ſcorteaqꝫ cinctꝰ zona.

¶ De Deipare filio.

FUit ⁊ in Chriſto regi ſummo vnica veſtis arte ineffabili cōtexta
verius ꝙ ſarta. magnū in opificio miraculū: ſed maius adhuc in
vſu. neqꝫ tritio facta eſt ꝑpetuo veſtitu. neqꝫ minꝰ habilis: ſed ad
corporis modulū augeſcere. eſtqꝫ veſtis hec fatidico ſpiritu mul
to antea preuiſa: que caluario teſte abiȷ̄t in ſortem ne ſcinderet.

¶ De Bartholomeo apoſtolo.

PAri admiratione dignū (ſi quiſꝙ miret que diuiua voluntate
fiunt cuius poteſtas ſumma eſt: mirabit tamen bruta humani
tas ⁊ ad diuina opera caligans: quod in purpureo Bartholo
mei pallio/ fuit is Chriſti diſcipulus) euenīſſe proditū eſt. xx. id
annos quibus in ꝑpetuo fuit vſu: neqꝫ ſordes vilas: neqꝫ vetuſtatē ſenſit.
manſit immota purpura vt vnius exemplo diſcerēt mortales celeſtia ter=
renis anteponere: pietatē: regie: fortune: cuius illud erat inſignie.

¶ De Jacobo Apoſtolo.

IAcobus: qui ab indiſcreta facie eſt Chriſti frater dictus: non la
neo vſus eſt ſed lineo amiculo. intonſus vixit. nunꝙ cinctus eſt.
nunꝙ balneo viſus. ſanctus a matris vtero: ſanctior dein Chri

Nihil eque vitam hoim aut aptius inſtruit: aut validius confirmat ꝙ honeſta operatio: ⁊ diligens induſtria. i actu omnis virtus ſita eſt ignauia. hebetatur animi corpora torpeſcunt: fiuntqꝫ morbis impenſius obnoxia tueẽ vtrūqꝫ diligens exercitatio: neceſſe eſt vt preclare Porcius ſcripſit Cato: vt ſua cuiqꝫ vite ratio conſtet. id niſi operoſis ⁊ alacri ingenio viris contingere non poteſt. Eſt tamē in hac vite parte monēda mortalitas: ne quū agere ſe putet aliquid: aliud agat. maturanda ſunt officia: ⁊ omnia que fiunt: tempori ⁊ loco accomodanda. quod Chriſti regis apoſtoli feciſſe dicuntur.

¶ De Chriſti Apoſtoli.

Nimuero quum hi precādo: legēdo euāgeliū pdicando: legendo: omne fere tempus abſumerent: quoties ab eiuſmodi opibꝰ requies contingiſſet: manibus aliquid operari: Tarſēſis Paulus vbi claſſicū illud iflarat: quo partē multo maximā humanarum gentiū ad Chriſti ſigna conuertit: funes texuit: Petrus Bariona ⁊ Jo. zebedei filiꝰ medio apoſtolatu piſcati ſunt: non quia non eſſe quod docere poſſent: aut non haberent quod vtilius operarenť: ſed vt ſibi conceſſum ocium verterent in negocium: ſatius eſſe rati aliquid agere ꝙ nihil agere: modo id quod ageretur: honeſte fieret.

¶ De Luca Euangeliſta.

Ae vero quid Lucas euangelij auctor: an non ⁊ ipſe celeſtium rerum meditatione fatigatus: aliquid ſemp depingere ſolitus eſt: declarant hominis ſtudiū in eo genere tabule: que hodie haud vno loco viſuntur cū deipare iconibus ipſius manu affabre figurate.

¶ De Stephano anachoreta et Serapione.

Tephanus anachoreta i heremo funes palmaceos texuit. maiꝰ tamen: ⁊ ſeuerius Serapionis inſtitutū. qui quū abbas eſſet: ita inter monachos cōparauit: vt ſibi quiſqꝫ manu alimēta quererent. ſiquid inde ſupeſſent: id egenus impartirent: ijs preſertim: qui aut in vinculis iacerent: aut a cuſtodia tenerentur.

¶ De Jo. abbate.

In Thebaica ſolitudine Jo. abbas paces a celeſti nuncio accipere ſolitus: fiſcellas profeſtis diebus texere: atqꝫ inde ſibi victū queritare.

¶ De Antonio abbate.

Subijt aliquādo heremi tediuꝫ Antonium abbatem: dubiuſqꝫ conſilij clamaſſe fertur ſeruari cupio: ſed cogitatio aduerſať. hic mirum accidit: media illa animi i fluctuatione intuitus eſt hominem monaſtico habitu nunc calathos texantem: nunc orationi intentius vacantem: auditamqꝫ ſuperne vocem et tu ſic facio. quod oraculū ſecutus per hec duo tam conſtanter perſeuerauit. vt omniū monaſtice diſcipline ſit obſeruantiſſimus iudicatus.

De Pacanio abbate.

m Ille ⁊ quingentos ſub Pacanio abbate proditū eſt fuiſſe monachos in Thebaidis regione: qui labore ⁊ induſtria ſibi victum queſiuere nulla extraria adiuti ope. pepit ea res aliquando non

facetū ſcomma. parabat ſibi victum monachorū quidā diurno labore: vt in Scythiotico cenobio moris fuit. mirari ſedulā huius operam ex nouitijs vnus: ridereq; ſimul monachū operi intentū euangelicū illud voce testatus. Maria optimā partem elegit: cetera nota ſunt. preferens haud dubie contemplationē terrenis opibus: ceterū a nullo ſub noctem ad cenam vocatus: quum attonito ſimilis ſtaret: deſirus rei nouitate audiuit Mariam indigere Marthe miniſterio. ¶ De Deipara virgine.

Sed nulli pulchrius diurna ratio cōſtitit: q̄ deipare virgini que a prima luce ad tertiā diei horam ſedulo placando numini vacabat: inde ad meridiem lanificio: mox a cibo qui illi parciſſimus fuit: reliquū diei diuinarū rerum lectionibus applicabat.

¶ De Heliſabethe regis filia.

Heliſabet: que tam humiliter vixit: q̄ clara eſt inter homines ꝛ illuſtris regis fortuna: in qua orta fuerat: aut lanā carpere ab oratione: aut texere aut certe aliud ſerio operari: ne per ociū: et quietem vllum ſibi tempus elaberet: nullam (vt credere equū eſt) maiorem iacturā arbitrata: q̄ temporis: in quo ſita eſt villicatiōis ratio: quā Euangelica celebrat hiſtoria. ¶ De Ethnicis exemplis.

¶ De maiore Aphricano.

Verum quātum in his valuit pietatis ſtudium: celeſtiumq; rerū affectus: tantū nec minus: diſciplinaꝝ amor: aut fame immoderata cupiditas: in ijs: qui myſterij huius arcanū ignorarunt. nota eſt vox illa maioris Aphricani: qui rogatus quid agere: quū ſolus eſſet: ita occurrit: vt nunq̄ ſe minus ſolum eſſe dixerit q̄ quū sol⁹ eſſet. demōſtrauit id reſpōſum quoties vir ille ſenatorijs fuiſſet: forenſibus ve curis vacuus: non ocio ꝛ inertie deditū: ſed magna et vtilia meditari ſolitū. ¶ De Philopemene Megalopolitano.

Philopemenes Megalopolitanus tantū abfuit: vt ocioſus aliquādo fuerit: vt quū ſolus iter faceret: aut deambularet ſpeculabundus occurrentiū locorū ſitum contemplaret: ſemetipſum explorans: quid ſi tibi ductāti exercitū fiat hic tibi hoſtis obuius? aut a laterib⁹ eo repente velut ex inſidijs conſurgat? qua figura aciem inſtruas? cōtinēdus miles: an ilico ſigna inferenda? et ſi tenēdus quomodo preſidiarios loces? aut ſubſidia diſponas? fecit eiuſmodi meditatio: vt in preſtātiſſimis grecie ducibus ſit demū Philopemenes celebrat⁹. quo vita functo nullū amplius Grecia precellentē ducem emiſit.

¶ De Cyro maiore.

Cyrus Maior (ſi vera ſunt que de eo greci ſcriptores prodiderūt) mirifice eſt terre cultu delectatus. ſatis conſtat a Lacedemonio hoſpite mortalium feliciſſimū iudicatū: q preter regnū quod ampliſſimū illi fuit: terram ſcientiſſime coleret.

¶ De Tarquinio Superbo.

Poteſt ꝛ L. Tarquinius (qui vltimus fuit Romanoꝝ regum) videri a ſimili cura non abhorruiſſe. qui ex horto funeſtū illō Gabine ciuitati Corinthoq; tranſlaticiū dedit filio reſponſum.

¶ De Demetrio ꝛ Europo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bie regē: multo ſe iferiorē iudicauit: cui ad ſe venīēti ne aſſurrexit quidē.

¶ De Numa Pompilio.

NUma Pompilius priuatus adhuc in agris plurimū fuiſſe tra
ditur deorum lucis ⁊ nemoribus inambulans: omnis humani
cultus negligēs: procul ab omni cōcilio cōuentuꝗ mortalium
agens. vnde opinio illa orta: familiariter cū Egeria eſſe vſum
Nympha. nō itaꝗ odiū hoim: ſed religio quedā diſcēdiꝗ cura
ſecretm illud Pōpilio peperit: virtutis opinio regnum aſtruxit.

¶ De Antonio Triumuiro.

SEd ꝙ honeſtā Numa Pompilius habuit cām: tā calamitoſā
⁊ pudendā Antonius: ꝙ Triumuir cū Lepido ⁊ Octauio fuit.
is actiaca clade fractus: poſteaꝗ in Egiptū reuerſus tedio ⁊
pudore preſentiū rerū Timonis vitā ſibi inſtituit: ſolus extra
Alexandriam victurus: ſed Cleopatre illecebre breui ab eiuſ
modi vite inſtituto reuocarunt.

De vigilijs. Somno: ⁊ ſtrato. Capitulum. iij.

SOmnus mortis frater eſt: vt Heſiodus ⁊ Homer⁹ ſcribūt
ſtygie paludis amator. omnia in ea dira preter quietē. que
niſi ⁊ ipſa modū teneat: non tam ſuauis eſt ⁊ blanda laſſis
ꝙ eam longius fouentibus triſtis ⁊ calamitoſa.

¶ De euagrio Abbate.

NEc ne longior ſuis fratribus contingeret: auerteretꝗ mentem
h a cultu pietatis ad voluptatem: in heremo cui Euagrius ab-
bas prefuit: omnes qui in eo fuere: ſedentes quietem capiebant:
certo quodam inſtituto: vt multo verius filij lucis dici potue-
runt: ꝙ tenebrarum.

De Hilarione ⁊ Anachoretis quibuſdam.

Hilarium in heremo nuda humo ſtratoꝗ iuncto quo advixit:
h quietis cauſa decubuit. Daſſamio nuda terre facies lecti vſū
prebuit in ſolitudine agenti: nonnunꝙ etiam muricibus ſub-
ſtracta. Onophrius nec tectum habuit vllum: nec certū in
quo conſiſteret locum. vbi nox eum diuinis vacantem oppreſ
ſiſſet: pro lecto tuguriolꝗ fuit illi locus.

¶ De diuo Arſenio.

AGe nunc ⁊ ꝙ parcus ſomni fuiſſe videri poteſt Arſenius diui
narum rerum ſtudio ⁊ ob eam rem non indignus qui in diuo-
rum fuerit numerum relatus: Solitus dicere eſt: ſatis videri
oportere monacho ſi vna ad quietem hora contingeret.

¶ De Bernardo abbate.

NEc multum huic abſimilis Bernardi abbtis vox illa: dormiē-
n tē monachū deo mortuū affirmātis: et illud quidē huius eſt.
parū religioſe mōachū dormire: cui⁹ deſcētis ſtertit⁹ audiretur

¶ De germano et Martino Antiſtibus.

Hi ſi idē perſuaſum habuiſſent German⁹ Antiſiodorēſis: ⁊ mar
tin⁹ Turonēſis nūꝙ hic ſibi lectū cilicio ſtrauiſſet. ille cinere, et
n ſacco. nō lectū: ſed lectū dicerē vbi iacētis ſuſpiria ⁊ gemit⁹: nō

ronchi exaudiretur. Difficilis eſt terrã ſpectantibus via que ad celum vi
cit ſublimia petentibus prona ꝛ facilis. ¶ De diuo Innocentio

DEcebat innocẽtius ex Calceatorum Dominici familia paſſim: cultũ
pietatis euãgelico ꝛ eſtimento verũ diurno labore feſſus ſarmentis
laſſuꝫ corpus ad altã noctẽ reclinabat. ſed quũ mollius vellet: paleas ſub
ſternebat: cum molliſſime ſaccum. ¶ De diuo Bernardino.

Urius adhuc aſperiuſq; Bernardinus Senenſis Frãciſci A-
liſiatis abſtinentie ꝛ laboris nõ min⁹ emulus. ꝙ pfeſſionis cul-
tor: nudo pauimẽto vt erat tunica amictus quietẽ capiebat tan
tũq; interim aberat vt culcitrã aut veſtẽ ſtragulam deſideraret:
vt lecti etiam nomen tanq; dirũ ꝛ exitiale auerſaretur.

¶ De Paula Ro. muliere.

VEndicat ꝛ muliebris pietas in hac relatione ſibi locum: Pau
la Ro. mulier patritia domo orta clariſq; natalibus: humẽ ve-
re pietatis complexa: vel quũ febre laboraret humi in cilicinis
ſtragulis affectu corpus reclinabat.

¶ De Othilia.

Ec minus tetrice Othilia corpus afflixit: vrſina pelle pro ſtra
gulo vſa: pro puluino: muricoſo lapide. Monaſterij hec quidã
in Bauaris viſebatur mõtibus ſacerdos fuit maxima: ſed ſo
rorum omnium abiectiſſima ꝛ eſſe videri voluit.

¶ De ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De diogene.

Uerunt Ethnicorũ pleriq; ſomni ꝛ quietis parciſſimi qui om
nem voluptatis illecebram aſpernati per laborem ꝛ continẽti-
am vitam tranſegerũt: ſed hi nõ celeſtiũ affectu vt noſtri: ſed ſa-
pientie ſtudio: aut reip. cauſa ſeueriori ſeſe addixerunt vite.
Enimuero quid Sinopeo illo Diogene aut cultu neglecti⁹ aut victu deſpica
ti⁹: aut cubatu duri⁹ habuit vnq; vita hoĩm: pallio dũtaxat vno vſus
eſt. cetera nudus oleribus ꝛ pane contentus. humi iacẽs ſomnũ capiebat:
aut cũ mollius: in dolio. deditq; hec ille nõ pietati: ſed nature: ad quã om
nia referebat. quicquid illa poſceret: id ius faſq; eſſe ratus.

¶ De Ariſtotele Stagirite.

TAntũ abfuit vt Ariſtoteles excellẽti vir ingenio ſomno ꝛ quie
ti indulſerit: vt nocturnis lucubratiõib⁹ enea pila vſus dicat.
cui altera manu cõpreſſa labrũ ſubijciebat: vt ſi lõga vigilia fa
tigatus obdormiſſet: ſtrepitu cadentis pile expergiſceret. pul-
chrũ hoc ꝛ cõducibile qa diſciplinatuꝫ ſtudijs datũ: ſed multo id pulchri
us ꝛ ad ſalutẽ apti⁹: ſi puigiliũ illud ſibi celeſtiũ rex meditetio ve dicaſſet.

De hannibale Barchino.

CUbabat humi Barchinus hannibal adoleſcẽs adhuc: iter ſtatio
nes militũ quãq; imperatoris fili⁹ militari ſagulo coopt⁹. Uerum
durior ille cubat⁹ nõ ad pietatẽ: ſed ad futurã feritatẽ: nõ ad con
tinẽtiã: ſed ſeuitiã ſpectabat: nõ pietas illi cure eẽ: ſed imanitas. vt latius
fuerit ei dormire: ꝙ per hec bellum ſibi ꝛ patrie calamitoſum meditari.

¶ De Scipione Aphricano.

Ec maiori Aphricano tam pietas cure fuit: ꝙ ciuiū de ſe opinio. quū ante lucanis horis adoleſcens Capitoliū aſcēdebat: aſſidebatqꝫ ſolus Ioui: vel verius demoni: futuras hoſtiū ſtrages ⁊ excidiū Carthaginis animo verſans.

¶ De Endymione.

Endimiōis pnox cura res vetuſtior eſt ⁊ poetaꝝ fabulis adumbrata: fuit tum ſyderis obſeruatio illa: nō pietatꝫ rei create nō creatoris cura.

¶ De Prometheo.

Talis quidē ⁊ Promethei cruciatus obſcura verborū ambage ad poſteros traditus. ridet Caucaſus mons Grecorū mendacia. ridet ⁊ Latinus aliene cure ⁊ non ſupplicij vterqꝫ teſtis.

¶ De vario precandi ritu. ¶ De Moſe. Ca. iiij.

Iacuit Moſes quadraginta diebus noctibuſqꝫ ad conſpectū numinis ꝓſtratus: vnum idētidem petens: ne populus que in libertatem vindicaſſet: quia alienigena cultu aberraſſet: excidio dederetur. magna ⁊ longa quidē deprecatio ſed effectus maior: ꝑ quē tanta vis mortaliū alio qui peritura vnius fuerit precibus cōdonata.

¶ De Dauide Rege.

Dauid rex ſepties interdiu preces ad deum fundebat. quē canonicis horis numerū militans repreſentat eccleſia. nec ꝓphetaꝝ ille ſummꝰ tantū credidit opus eſſe precibus: ſed deprecādi numinis etiam formā demonſtrauit. deprecatus ſum inqͥt toto corde meo. cetera ſuū habet carmen.

¶ De Salomone.

Imitatus eſt Salomon paterne pietatis et ſapientie heres: vehemens precū genus in patre: precatꝰ ſum dixit deum omnibꝰ precordijs meis. toto enim corde rogādus eſt. toto diligēdus.

¶ De Daniele propheta.

Ex cenaculo deſideriorū vir Daniel feneſtris ea parte parētibus qua Hieroſolimis erat obuerſū: ter quotidie ſtatis horis genua demittens: celi numen adorauit.

¶ De Thobia et Filio.

Thobias lachrymis: lucem quam amiſerat: recuperauit. cuiꝰ filius paterno nomine tris dies nocteſqꝫ cum cōiuge in diuinis ꝑſeuerauit: iugali thoro operā daturus. is quia periculo ſeruatus eſſet: ille ꝙ viſum recepiſſet in faciem procūbentes: tris horas ꝓſtrati iacuerūt: deo ſeruatori pie gratulati.

¶ De Christo.

Christus rex et doctor humani gn̄is ſpem: fidem: charitatē tribuit rite precāti. exemplo ꝓterea docuit quo ſtatu ſit corporis ſupplicandū. ſiquidē nunc ꝓcidens in faciem: nunc flexis genibus patrem adorauit: vt euangelica prodit hyſtoria. ſignauit ⁊ locum: notum eſt illud: domus mea domus orōnis vocabitur. Veſpi ad hec: ne tempus in dubiū veniret: montē cōſcendit: vbi ad lucem perpeti oratione: ꝑſeuerāti precepit ſapiētia illa celeſtis. optima queqꝫ et que precepit. ſuo exemplo cōfirmauit.

Artholomeus qui huius fuit diſcipulus centies quotidie ſub-
b mittẽs genua adorabat: nec minus frequens nocturnis ſuppli-
cabat horis: quẽ precandi moduz Apollinis abbas poſtea pre-
clare retulit. ¶ De Iſaacho Syro.

PEregre olim veniſſe fertur Spoletũ i Vmbriã Iſaachus Sy-
rus ab initio monachus. abbas deinde factus. impetratoqꝫ
ad preces emittẽdas loco: totũ triduum genibus innixus in p̄-
catione pſeuerauit: ꝛ vt res erat difficilior opinatu: eo ſuſpecti-
or eſſe cepit ſpectãtibus ceu igitur ſanctitatis oſtẽtator: nõ de-
precator: pcuſſus eſt a quodã cõtemptu. nec celeſtis vlto multum dilata
eſt. ſed confeſtim pcuſſor a demonibus exagitari ceptus eſt haud dubie
periclitaturus: niſi os illud qꝺ impia nuper manus perſtrinxerat: tempe-
ſtiua precatione auxilio affuiſſet. ¶ De Anna Dalcane.

Anna Delcane vxor imodico numinis adorandi ardore: vt te-
a mulenta ꝛ inſana in templo incredita eſt a ſacerdote.

¶ De altera Anna.

FVit altera huius nominis mulier eadem gente ſanctitate inſi-
gnis: vidue cognomine a priore diſcreta: hec nunqꝫ templo egreſ-
ſa eſt ieiunio ꝛ precibus indefeſſe operata.

De Sarra Rhaguelis.

ET totũ triduũ Sarra Rhaguelis filia perpeti precatione cõ-
ſumpſit cenaculo incluſa. quo pietatis affectu poſt multa virorũ
funera: ſtabile ꝛ manſurum conubium ſortiri merita eſt.

¶ De deipara Virgine.

SEd quo te ore referã ingens celi decus: ſpes labentiũ deipara
virgo? Cuius vitã nullus vnqꝫ ſatis laudare potuit. ferũt te po-
s ſtea qꝫ ad tẽplum tenera adhuc etate ducta es: a prima luce ad
horã tertiã dici precari ſolitã: inde ad meridiem honeſte ꝛ inge-
nue: puellare aliquod opus obire: atqꝫ id feriũ ꝛ cõducibile: mox reliquũ
diei diuinarum litterarũ lectioni ſedulo impendiſſe. ita vt quũ rite ſancte-
qꝫ celeſtia curares: humana nõ oĩno deſpiceres: Marthe ꝛ ſororis vtriuſ-
qꝫ munus complexa. ¶ De Ethnicis exemplis.

¶ De Anchiſe.

Anchiſes: vt poetica fides his adijciat: oſtẽto cõmotus qꝺ circa
a Aſcaniũ fieri cõtigit: nocte illa qua iliũ eſt a Grecis exciſuz: Io-
uẽ p̄caturus manus ꝛ oculos ad celũ extulit. ¶ De Enea.

Aeneas huius filius: in tẽplo delij Apollinis cuz his qui aderant
e in terrã procubuit. ceterum in Creta noctu apud deos penates
patriũ morem imitatus: ſupinas manus ꝛ oculorũ aciem in ce-
lum ablegauit deos rogaturus. ¶ De didone.

NEc dido vno oraſſe modo traditur: quippe que hoſpitalẽ Io-
n uem propitiatura vinũ leuiter libauit: mox alibi aram tenens
manibus orationem peregit. ¶ De Ro. mulieribus.

ACcidit ſepius vt Ro. rebus bello acciſis quũ nouus terror ab ho-
a ſtibus impenderet. Ro. mulieres pacem malorum petiture. ſolu-
tis crinibus templorum pauimenta verterent.

¶ De Aphricano maiore.

S Cipio: q̄ primus tulit Aphricani cognomē: noctu Capitoliū ſolus aſcendebat: adoraturus deos: vt vero quidā autumant Ioue cōſulturus. in quo ſubit illa reputatio admiratione digna: nūꝙ eū tam etſi ante lucanus locum adiret: a canib⁹ arcis cuſtodibus allatratum.

¶ De precum Effectu Cap. v.

¶ De Moſe.

f Uit igitur p̄candi numinis ratio nō vna in omnibus. nunc ei⁹ rei effectus dicēdi: vt ex eo intelligi poſſit: voces: et vota hoīm a ſūmo vſꝗ celo exaudiri. extantꝗ virtutis huius tam multa ꝙ varia exempla: vt in nulla ſui parte plus ſe miret̄ humana pietas. Iā eī vel ex hoc quod diri: ſatis exploratum eſt celi num̄ hominū p̄ces nō aſparnari: ſi pio ore ꝓficiſcātur: eſſeꝗ omnino prouidētiam cui mortalia hec cure ſint. ſiq̄dem moſe precāte: paucis dieb⁹ vniuerſa Egyptus varijs eſt cladibus affecta: rurſus preſentibus malis ſepius leuata eo deprecāte vt tū maxime credi poſſit: celū ꝛ quicq̄d in celo eſt numinis: vni⁹ viri p̄cibus vacaſſe: vt gens vna vere pietatis cultrix in libertatē aſſereretur.

¶ De eodem Moſe.

E Odem precāte tollenteꝗ ad celū manus: Iſraelite acie dimicantes nihil obſcure meliores fieri: pſperiuſꝗ pugnare: cōtra interpolata precatiōe haud dubie ſuccūbere aliens. itaꝗ inimicus vlnis dux piētiſſimus peperit ſuis victoriam perpetuo ſupplicatu.

¶ De Helia propheta.

T Ris annos ꝛ menſes ſex: nunꝗ e celo pluit Helie precibus. eliciut idem precādo tam ſalubrem ꝙ optatum imbrem. quid celeſtis illa flammā nō in auxilium nō in vltionē implorata: qua omnes ad prophetam violendū ab Ochozia miſſi atrociter extincti ſunt, eſtꝗ ſimul Helias ſeruatus: ſimulꝗ ꝛ pietas vindicata.

¶ De eodem: ꝛ Heliſeo.

I Ordanis aquam (quando circa omniū fluuiorum vnum nō vna miraculorū ſpecies inclaruit) idem Helias pallij iniectu ſibi ꝛ Heliſeo parere preter nature ordinem docuit: dum pedibus ab vna ripa ad alteram ꝑuadunt.

¶ De Heliſeo propheta.

A Pud Hiericontem letifere fons aque Heliſei precib⁹ ſalubris eſt factus. ſterilitas in feracitatem verſa. ferrea ſecuris in Iordane fluuitauit: defunctus reuixit. tanto vox ſenis vnius fatidici: ꝙ ceterorum fuit hominū celo acceptior

¶ De Ioſue duce.

n Ec piorum fuit quiſꝗ omni hoīm mēoria audacioris voti fidēs aut īpetrati magis ꝯpos: ꝙ Ioſue iſraelitici dux ppl̄i. cuius p̄cibus ꝛ ſol luna atꝗ ipe adeo mūdus ſtetit īmobilis. diuine lr̄e indicant nō ātea poſt ve lōgiorē diē terris affulſiſſe.

¶ De Ezechia rege.

F Uit Ezechie p̄catio euētu mēorabilis: qua celo recepta. c. lxxx. milia aſſiriorum in Senacherib caſtris ſunt nocte vna diuinit⁹ ꝑcuſſa.

¶ De Iuda Machabeo.

QVin et Machabei Jude nō tā bellica virtus (quāꝙ ingēs in eo fuit) ꝙ pꝛecum vis (vt credere equum ē) totiens de hoſtibus triūphauit. nemo.n. ſupꝛa vires tam pꝛoſpere pugnauit vnꝙ. quod ſine numinis fauoꝛe nulli contingere potuiſſet. nunꝙ hūana vis maioꝛ eſt: ꝙ cū dei virtus homini acceſſerit.

De Jona pꝛopheta.

p Oteſt ſane myſticū videri qđ in Jona pꝛopheta eueniſſe pꝛoditū eſt. Ceterum marine bellue viſceribus receptus: celi numē inuocauit. et ſeruatus eſt.

De Chꝛiſti apoſtolis.

Ed quid attinet tam vetera cōſectari? ſunt.n.⁊ recētioꝛa exēpla
S Nullus fere Chꝛiſti aplus fuit qui non pꝛecū virtute moꝛtuos ſuſcitarit: aut ſimilia ſit opatus: numie pꝛecibꝰ exoꝛato. ſic ⁊ qui martyꝛes dicti ſunt. ſic oīes qui diuoꝛū numero aſcribunt. vt in nulla re alia indulgentius celi numē humanā fouerit pietatem. nihil in quo pioꝛū ſanctitas ſit ⁊ meritū magis illuſtratum.

De Ethnicis exemplis. De Romulo.

SVnt ⁊ extrarijs gentibus aliqua exemploꝝ documenta ad hoc pertinētia: ſed hec ipſa maloꝛū demonū pꝛeſagijs permiſſuꝙ verius: ꝙ nutu numinis edita. Romulus Sabino bello quod circa Capitolium Palatiūꝙ geſtum eſt: quū turpem ſuoꝛū fugam quodam pꝛelio ſiſtere non poſſet: Statoꝛi Joui edē voto nūcupauit ſi fugientibꝰ ſuis metum ademiſſet: ſiſteretꝙ Romanū aduerſus hoſtem qui a tergo victoꝛ inſtabat: vix bene pꝛeces effuderat: atꝙ ilico factus eſt voti compos. reſtituta enim acie non tantū equata eſt pugna: ſed ad Curtium vſꝙ lacum Sabinus qui victoꝛia exultabat: eſt cū cede ⁊ ſtrage repulſus.

De Numa Pompilio.

QVid Numa (ſucceſſit is Romulo ex curibus Sabinis i regnū accerſitus) ꝙ efficax illius pꝛecatio: aut ꝙ audax: q̄ e celo Jouem elicuit: vel certe elici poſſe arbitrata eſt? res (qđ ſatis conſtat) nō ſolum credita: ſed ab alijs etiam tentata. Tullus enim Hoſtilius: qui poſt illum regno potius eſt: quia parum ſcite id ſacrum obijſſet: cum tota domo fulminis eſt igne concrematus.

De Tullo Hoſtilio.

DOtuit Tullus minoꝛe pꝛecatione contentus eſſe: vel quali fide nati bello fuit vſus: qui quum ad Thybetis ⁊ Anienis cōfluentem in Fidenates ⁊ Veientes aciez direxiſſet: cognita Albanorum ad hoſtes defectione. xij. Salios vouit Marti: extititꝙ cōfeſtim victoꝛ exercitus qui pꝛo victo iure habebatur: iam ſpe ⁊ viribus impar hoſtibus factus.

De duobus decijs.

AT vero in nulla magis parte pꝛecationū vis euidentius apparuit: ꝙ in decioꝛum deuotione: quoꝛum vterꝙ patrie victoꝛiam occaſu ſuo peperit. pater ſiquidem ad Verſerim Campanie. Latinum hoſtem iam victoꝛie imminentem vincendum mirabilē pꝛebuit ſuis. filius in Sentinati Gallum ⁊ Samnitem Ethꝛuſcis additis occidione occidendum college Fabio reliquit. Ceterum aut nihil: aut ꝑterꝙ parum patris filijꝙ deuotio ad victoꝛiam contuliſſe videri etiam

poterat:in pontificum ſolemnes precationes adiecte eſſent.ſecundū quas formido et fuga eſt hoſtibus iniecta:Romano victoria parta.

℄ De Tuccia Veſtali.

m Aius adhuc pietatis imitamētum/nam pietatem quis dixerit malorum demonum cultum:/ in Tuccia et ipſa quidem veſtali extitit:dubium maior femine in eo fiducia:/an demonum obſequium.iuſſa dicere cauſam:/ crineſq̄ʒ diluere: quod ab accuſatore intendebatur:Veſtem p̄cata eſt:·vt ſi caſte ſancteq̄ʒ eius ſacris ad id tempus operam dediſſe:propoſitū teneret.hoc tm̄ p̄cata eſt.ſimulq̄ʒ ad ripam fluminis ꝓgreſſa multis comitātibus vt rei euentū cognoſceret :cribrum fluuiali aqua plenū ad Pontificū cōſpectū/quorū ea cognitio erat) detulit. adijciūt huic miraculo.accuſatorem attente requiſitū nuſq̄ʒ apparuiſſe amplius.

℄ De Claudia Veſtali.

PAri miraculo illuſtrata Claudia: eiuſdem cer[illegible]onie cultrix.cuius liberior vita cū calumniam incurriſſet:vt eam hominū animis opinionem magno aliquo teſtimonio eximeret:facinus adorta eſt plus admirationis q̄ʒ fidei ad poſteros habiturū.nauē qui deorū mater vehebatur:Tyberino vado herētem :Veſtā prius ſuppliciter precata: cingulo alligat.mox eam remolita eſt:traxitq̄ʒ aduerſo flumine:quod ps Ro.ciuitatis poſt multos ⁊ varios conatus nequiuerat.

℄ De Muliebri Fortuna.

QUe de muliebris Fortune ⁊ Iunonis regine affatu prodita ſūt litteris magis ſpecioſis ſunt decora fabulis: q̄ʒ q̄ facile fidem inueniant.ceterum in quemcūq̄ʒ euentū relata ſunt: circumfuſe multitudinis precibus malos demones affuiſſe credere equū eſt ad quorum preſtigias omnia:que altera parte huius capitis continentur: merito referuntur.

℄ De Contemplatione et meditatione Solitaria. ℄ Cap.vi.

℄ De Moſe.

MOſes prophetarū omnium quum vetuſtate: tum ſapientia princeps: dum diuina intētius cōtemplatur: rimaturq̄ʒ vniuerſi originem :pertinaci cura aſſecutus eſt que de mūdi origine ꝓpria originibus ſcripſit: neſcias magis pie an feliciter. eſt enim pars hominum illi multo maxima in re parua perpetuo conſenſu aſtipulata.

℄ De Dauide rege.

FUit hic/cuius nunc memini)eorum que p̄ceſſerāt ſupra q̄ʒ dici poſſit mirificus auctor: ſed tam me hercule nec minus dauid rex futurorum preſcius . arguit plane fatidicam eius mentem nō vnius carminis ex multis milibus que ſcripſit indubitatus euentus.ceterum quod ad celeſtium curā attinet: q̄ʒtum intentiore meditatione profecerit vel vnum carmen preclare ſignificat: manifeſtaſti inquit mihi incerta et occulta ſapientie tue: quum interī ille celi numē alloqueretur.

De Petro Apoſtolo.

AScendit cenaculum Petrus Bariona ad horā ſextam diei:ſpectāſq̄ʒ ſurſuʒ verſus p̄cabūdus:apparuit in celo caſma in quo vas imagi

natus eſt ſe videre ſedis alioqui animalibus refertum:ſ; que deus expiaſ
ſe diceretur. arbitrati ſunt diuinarum rerum interpretes ad Barione mu
nus id pertinere:p quem humane gentes que in malorum demonum man
cipio tūc eſſent:euangelica predicatione in gremium naſcentis eccleſie ac=
cerſerentur.

¶ De Paulo Apoſtolo.

Aulus Tarſenſis: qui difficile dictu eſt:acrior ne fuerit ab initio
p Criſtiane hoſtis fidei:an vidēr poſtea ꝛ aſſertor: dū ꝑtinaci ꝛ in
tentiſſimo conatu celeſtia rimatur: ad tertiū uſq; celo animo et
mente raptus ē:dubium an ꝛ corpore. vidit (quid ſatis conſtat) que ne fa=
ri quidem licet homini:nedum cernere.

¶ De Jo. Euāgeliſta.

Uam ſagax ad hec fuiſſe credenda eſt:ꝗ͂ celo propius admo=
ta meditatio illa Pathmica Jo. zebedei filij:par quā et videre
q potuit ꝛ audire totum illud archanum ī Apocalypſeos librū
cōgeſtū:opus arduū:ſublime:aditu difficile:ac Delio narra=
tore dignum.

¶ De Aurelio auguſtino.

Adijt mulier quedā obſcuri nominis:Aureliū Auguſtinū in ſe=
creto ſedentem: ceterū ꝓfunde meditationi intentum. ſtetit il=
la coram de re (vt credere equum eſt) graui ac ſeria:pium ſapiē
temq; antiſtitem cōſultura:ac nō nihil effata:quoniam nullum
dabatur reſponſum ad ea q̄ dicebant:incōſulta abijt:ſibi ꝛ an=
tiſtiti irata. ſuam credere humilitatē contemptui fuiſſe. poſtridie reuerſa
incidit in eum ſacris operantē. ceterum ſpiritu abrepta : viſa eſt ſibi cer=
nere auguſtinū de trinitate diſſerētem:ac ſimul arcana voce doceri ſe ar=
bitrata eſt:nō neglectam fuiſſe ſe ab humaniſſimo antiſtite:ſ; nō animad=
uerſam.

¶ De Thoma Aquinate.

Quid Thomas Chriſtiane pietatis ꝓpugnaculū :aſſertorq; ve
ritatis acerrimus? an quum multum diuq; animo penderet:
impenſiuſq; diuinam contemplaretur naturam : non mirifi=
ce attolli librariq; ſupra terram cubitali altitudine obſeruatꝰ
eſt. Sequebatur corpus tam etſi graue ꝛ oneroſum : potiorem
hominis partem:que celo amica eſt.

¶ De Franciſco Aſiſiate.

Sed vix vllis vnq; hominis cōtemplatio maiorem ſortita fuit
effectum ꝗ͂ Franciſci Aſiſiatis qui dominice paſſiōis argumē
ta:que animo inſcripſerat:manibus ꝛ pedibus repreſentata cū
lateris ſtigmate inſigniter tulit.

¶ De maria Magdalena.

Mira hec:ſed que de magdalene femina imprimis memorabili
ꝓdita ſunt litteris:maioris adhuc admirationis:hanc in ſoli=
tudine ſtantem quotidie ſtatis horis angelorum miniſterio ī ce
lum attolli ſolitam:cōmoratamq; ibi diutius ꝗ͂ mortalitatis
neceſſitas pateretur.

¶ De Maria Egygtiaca.

Altera huius nominis mulier cognomento Egyptiaca : cuius
vite mollicie fregit extremi aſperitas:cubitali altitudine interꝓ
tandum ſublimis a terra in vacuo pendere viſa eſt.

¶ De Heliſabethe regis filia.

¶ De Aurelio Auguſtino.

Qualis rerum lectio: talis legentiū ꝓfectꝰ. nō tam multa legenda ſunt: ꝙ vtilia. diu multumqꝫ Aurelius Auguſtinꝰ inter dialecticos Sophiſtas verū indagauit: ſed non ſolū nō id eſt adeptus: ſed longe aberrās in Manicheū incidit deliriū. nec a tam graui lapſu prıꝰ vindicari cōtigit: ꝙ Tarſenſis Pauli legit epiſtolas.

¶ De Thoma Aquinate.

Fuit Aquinatis Thome lectio adeo diligens et perſiculata: vt nec in primo ſtātes: viderēt oculi: neqꝫ interpellātiū voces audirent aures. enſuero corporei ſenſus: vt animo adeſſent ſuum quiſqꝫ officium reliquere: aut certe relicti preſtare non potuerunt.

¶ De Bernardo Abbate.

Citra fidem proditū videri poteſt: quod de Bernardi abbatis ſolertia legere eſt. qui nullo vnqꝫ preceptore vſus: ceterū aſſidua lectione ⁊ ingenij acumine adeo ꝓfecit (in quo non parū eſt et celitus adiutus) vt in myſticis ſcriptis explicādis nullus hodie ſagatior numeretur.

¶ De Hilarione Abbate.

Tractarūt alij diuinarū rerum lectionē ſolertiꝰ fortaſſe: ſuntqꝫ ob eam rem maiꝰ nomē adepti. ſed qui Hilarione id religioſus fecerit: fuit (vt fertur) nemo. quippe qui Dauidicū carmen ⁊ ꝓphetica aliorꝫ ſcripta tanqꝫ pn̄te numine recitabat. ſepe ac multum teſtatꝰ religioſe ⁊ cōſiderare ea eſſe legenda: quia ab almo ſpū ꝓfecta.

¶ De Baſilio magno.

B Aſilius qui magni cognomē tulit: terrene fuit a principio affectator ſapientie. omīs deīn diſciplinas et humanas artes aſpernatus diuina cepit ſtudio mirari ac tāto affectu cōplecti. vt omni panis vſus viniqꝫ ſibi interdicto: tamdiu eiuſmodi alimentis abſtinuerit: quo ad ſalubrioris diſcipline ſit ſtudio et abſtinentia compos factus.

¶ De diuo Hieronymo.

Sed ꝙ parū ſit celo probabile hoc noſtrū ſcire quod ex Ethnicorū fonte eſt Stridonēſis Hieronymi poſtulatio deīnōſtrat. qui ad diuinū tribunal deſtitutꝰ vehementer increpitus eſt ꝙ humanarū rerum ſtudijs vir Chriſtiani nois plus nimio ſeſe addixiſſet. eſtqꝫ in archana verba iurare coactus: fore vt nullum deinceps litterarū genus preterqꝫ diuinarū attingeret.

¶ De diuo Seruulo.

Q Uanto tutiꝰ Seruulꝰ vir mēdicus ⁊ eger oīſqꝫ lr̄arie diſciplie adhuc expers qui ex mendicata pecunia ſacrarū litterarꝫ mercatus eſt opuſcula: q̄ alijs ſibi explicāda tradit: vſqꝫ adeo lectioni intētus vt audiendi aſſiduitate curaqꝫ et diligētia percipiendi ea que legerent: ſanctioris doctrīe gnarus oppidoqꝫ ſciens euaſerit.

¶ De deipara virgine.

Sacratiſſima xp̄i mater: cuius vitā nullus vnqꝫ plene laudari potuit: a nona diei hora ad primā facē quotidie Bibliacos lectitauit libros: ꝓfuitqꝫ plus vni virgūcule ſingularis lectio ad beatitatem ⁊ decus: ꝙ oīnibus ſapientibꝰ omnes Bibliothece.

De diua Cecilia.

C Ecilia patritia domo Rome: orta ſedulo euangelice hiſtorie/ librum aut legit: aut in gremio habuit obuolutū: ne non ſemper preſto eſſet: in quo mens celo addita quū vellet: velut concentu quodam ſuauiq; harmonia reficeretur.

De diua Marcella.

p Ar ſtudiū: ſtudijſq; affectus in Marcella & ipſa nobili quiritiū q; generis: q̄ quum incredibili cura diuina lectitaret: illud eſt poſtremo aſſecuta: vt ſemp in eius ore Dauidi cum illud eſſet. Abſcondi in corde meo eloquia tua. cetera nota ſunt. Eſt. n. carmē ſnie grauitate haud ignobile.

De Syluia Ruffina.

M Aiore quadā idole Syluia Ruffina Alexandrie prefecti filia in Thebaidis ſolitudie conſtituta aſſidua lectiōe adepta eſt: vt non ſola ſibi eſſe videretur: quū omnino eſſet ſola. quin eorū virtutes quos legebat cōtēplās effinxit effingēdo ad profectū emulata eſt.

De ethnicis exemplis. Et primum.

De Platone.

f Uit & in alijs gentibus ſuus lectiōis affectus. plato humane ſapiētie lōge princeps tātū Pythagorice diſcipline tribuit vt philolai Crotoniate: fuit is Pythagoricus: magno precio emerit lib. os. emptos tāto ſtudio lectitarit. vt ad eius defuncti caput ſint reperti.

De Marco Tullio.

C Eterū quātū Plato vir ſummus eſt Philolaū miratus. tantū nec minus Platonē. M. Cic. qui vſq; adeo eiꝰ copiā effinxit vt pene ille ipſe ſit factus. pari affectu Iſocratis: iucunditatem eſt emulatus: ac vim Demoſthenis: quorū virtutes aut exequauit hō ad eloquētiam natus: aut ꝓpria vi nixus ſupauit.

De magno Alexādro.

D Idicit Alexander Macedo nō pauca ab Ariſtotele: ſed puer. adultus vero medioq; gerēdarū rerū ardore Homerici carminis lectione captus. tanto eius: rei ſtudio tenebat vt aureū ſcriniū gēmis preditū in Dariana preda reptum in eum vſum legerit: vt Homeri opera eo incluſa bellicis geſtarentur expeditionibus. dignus qui tantum vatem ſortitus eſſet: aut certe talem: vt ne ſuū Eacide inuidere debuerit.

De Vergilio vate.

Q Uid Vergilius Maro qua indagine ſenſendus eſt Enniū legiſſe: quoties repetitum dextra leuaq; ptractaſſe: rerum pondera egiſſe: verba penſitaſſe: qui forte rogatus quid ageret. ſe aurum colligere dixerit ex Ennij ſtercore.

De Ennio vate.

I Am vero ipſe Ennius niſi Homerum miratus frequenter quoq; lectitaſſet: nunq; illius ſe animam ſortitum teſtatus eſſet: ſed ſomnium illud verius fuit q̄ vaticinium.

¶ De Tiberio Ceſare.

Tiberius princeps tanti Parthenium fecit vatem Arianum et Euphorionē vt triuin poetaꝝ carmē ⁊ imagines inter vetuſta et illuſtria vatum noīa omnibus bibliotecis religioſe ꝓpemodum dicarit. quos niſi frequēter legiſſet: tā impēſe fauiſſet nūꝙ ſed ingens ſilua hec: non vnus in oībus ſe affectus. diuerſa variaꝗ ſunt hominū ingenia. alij alios ꝓbant: atꝗ vſꝗ adeo iudicia hec variant: vt Liuium ⁊ Maronē duo precipua latialis lingue noīa infenſe oderit Caius princeps fax humani gñis.

¶ De veſtitu et cultu corporis. Capitulum. viij.

Natura omniū parens et opifex ſolertiſſima abūde ſatis docuit hominē ſi vnum id animal non ſeipſum obliuiſceref: ꝙ nullo opus ſit ad tegendum corpus velamento. niſi aliquis hanc nouercam libentius vocet: quod nefas ſit dicere quia cetera animalia corio: teſtis: pluma: vellere: alijſꝗ tegumētis muniuerit: ſolum homine nudum in nuda terra naſcentem abiecerit. at pleriꝗ hominū hodie nudi agunt: cū oīes agere potuiſſent: niſi luxus vitam ꝑdidiſſet: legibuſꝗ nature ꝓcul relictis: eo ꝓceſſiſſet: vt ꝑ furorē et inſaniā iam non que tegant ſed que onerēt humana corpora: īter ignotas feras ⁊ maris belluas: tam ſtulte ꝙ laborioſe queranf.

¶ De Protoplaſto.

Protoplaſtus: ⁊ que illi cōfeſtim comes data eſt mulier Eua ꝙdiu delicioſam illam terre partem tenuere: vbi vitalem vitā diuinitus acceperant: nudi egiſſe dicūtur. mox inde eiecti: texere folijs verenda: crudis pellibus humeros amicti.

¶ De Io. zacharie filio.

Nec multo cultius vixit Io. zacharie filius Iordanis accola: veſte amictus camelorū ſetis ꝯtextata: ſcorteaꝗ cinct⁹ zona.

¶ De Deipare filio.

Fuit ⁊ in Chriſto regi ſummo vnica veſtis arte ineffabili cōtexta verius ꝙ ſarta. magnū in opificio miraculū: ſed maius adhuc in vſu. neꝗ tritio facta eſt ꝑpetuo veſtitu. neꝗ min⁹ habilis: ſed ad corporis modulū augeſcere. eſtꝗ veſtis hec fatidico ſpiritu multo antea ꝑuiſa: que caluario teſte abijt in ſortem ne ſcinderef.

¶ De Bartholomeo apoſtolo.

Pari admiratione dignū (ſi quiſꝙ miref que diuina voluntate fiunt cuius poteſtas ſumma eſt: mirabif tamen bruta humanitas ⁊ ad diuina opera caligans: quod in purpureo Bartholomei pallio (fuit is Chriſti diſcipulus) euenisse proditū eſt. xx. id annos quibus in ꝑpetuo fuit vſu: neꝗ ſordes vilas: neꝗ vetuſtatē ſenſit. manſit immota purpura vt vnius exemplo diſcerēt mortales celeſtia terrenis anteponere: pietatē: regie: fortune: cuius illud erat inſignie.

¶ De Iacobo Apoſtolo.

Iacobus: qui ab indiſcreta facie eſt Chriſti frater dictus: non laneo vſus eſt ſed lineo amiculo. intonſus vixit. nunꝙ cinctus eſt. nunꝙ balneo viſus. ſanctus a matris vtero: ſanctior dein Chri

ſti diſciplina factus: cuius notū eſt preceptum vt diſcipulorum ſinguli ſingulas haberet veſtes.

De Jo. euangeliſta.

ID preceptum (vt credere eſt) cum ceteri apoſtolorum ſancte cuſtodiuerūt: tū Jo. zebedei filius: qui ſindone cū magiſtro amiſſa: nudus in Bethaniam reuerſus eſt.

De Aurelio Auguſtino.

Nec multum ab his diuerſus Aurelius Auguſtinus: qui veſtitu: calceatuque in diſcreto vixit cum iis: quibus ſanctitate: ſcientia: et dignitate longe prefuit.

De Bernardo Abbate.

TEnui: deſpicacioreque tunica vſus eſt et Bernardus abbas: ceterum minime ſordida. huius eſt illud ſcite dictum: veſtē ſordibus obſoletam deſidie eſſe teſtem: et ſecordie.

De Paulo Primo heremita.

PAulus: qui primus in heremo vixit pietatis ſtudio: non ſcorteam habuit veſtem non lineam: aut cilicium: ſed palmaceis contextā foliis. magno exemplo humane luxurie a natura repudiate: quando ſit ipſa modicis contenta.

De Antonio Abbate

ANtonius abbas: qui eum ſepeliit in diliciis habuit defūcti exuuias quas feſtis duntaxat diebus induebat. Tam memorabili exemplo: qui Hieronymi optatu clarum: qui ſcriptum reliquit maluiſſe ſe in Pauli veſte quam in regia purpura conſpici.

De Timotheo anachoreta.

NOn folia: ſed capilli texerunt Timotheum anachoretam adeoque deformarunt: vt a Panucio in ſolitudine repertus: immanis fera primo aſpectu non homo ſit creditus. vox inde arguit humanitatem: que efferatiore tegebatur cultu.

De Onophrio anachoreta.

HAud multum huic ab ſimilis Onophrius: et ipſe heremi incola. qui conſumpta veſte que vnica fuit illi: quum e medio diſceſſiſſet nudus egit: foliis verenda tegentibus. ſed hec aliquanto vetuſtiora: et a conſpectu hominum magis remota.

De Franciſco Aſiſiate.

ESt exemplum quod ſequitur multo recentius. Franciſcus Aſiſias paupertatis cultor diligens: non in ſolitudine: vt illi: ſed medio luxu inſaniaque diuitiarum: craſſi natiuique panni tunicam nudo induxit corpori: inductam funiculo compreſſit. nudis pedibus lineos ſubiecit ſocculos. vt quatenus liceret corpus a terre contactu vindicaret. vnde mens procul receſſerat celeſtium affectatrix.

De Helizabete.

TRia fere veſte diuerſoque colore referta amiciebatur Heliſabeth regis filia: geſtiebatque magis mendici habitu quam regū purpura ſpectari: aſpernari videlicet regium ſtemma in quo orta erat ſapiens mulier: vt celum indipiſceretur.

De Marta Egyptiaca.

Aius propemodum hoc fuit ꝙ ꝗ Egyptia mulier fecit: que cō=
ſumptis veſtibus nuda egit in eremo. Hec eñ nulli erat contēp
m tui quum ſeipſam contemneret. at regia mulier cuius nuper mē
tio incidit: quum ea aſpernaretur: que ceteri miranť: deſipere
credita eſt. quum vna omnium precipue ſaparet.

¶ De Prophanis: Et primum. ¶ De Hercule.

HErculem Alcmene filium Nemei Leonis amictū exuuijs: cetera
nudum egiſſe vetus Grecia fabulata eſt: italia quoq; grecos imi
tata id vnum teguminenti genus illi aſſignat. nec (vt videre eſt) in
vno Hercule figurādo id faciunt: ſed ī ceteris quoq; Heroibus:
at Neſſi tunica qua ille conſumptus eſt: et Homeri carmen de ijs qui ad
Troiam militarunt: recepte opinionis fidem eleuat.

¶ De Diogene Cynico.

Ed hec que de Hercule ⁊ Heroibus tradita ſunt memorie: aut
vulgo recepta: propiora ſunt fabulis qui vt pro veris affirma=
S ri poſſint. Sinopeus Diogenes (quod neget nemo) Cynice aſ=
ſectator diſcipline pallio vixit vnico contentus. tanto Antiſte
ne rigidior qui eius ſecte princeps palliū duplicauit: baculum ⁊ perā pri=
mus ſumpſit. ¶ De Menedemo Cynico.

Inus horrida hec aſpectu: ꝙ furialis Menedemi habicus. fu
it et hic Cynicus. tunicam ſumpſit pulli coloris baltheo puni=
m ceo ſtrictā: pileum Arcadicum duodecim elem̄tis intextum.
Tragici ad hec coturni: virga fraxinea manibus erat: et pro=
lixior barba. habitus (vt dicere liceat) magis ſupſtitioſus: ꝙ ſapientie af
fectore dignus.

¶ De Phocione Athenienſi.

Quinq; et quadraginta magiſtratus geſſit Phocion Atheniē=
ſis: ſed quo ſit veſtis genere interim vſus calceandi ratio in eo
demonſtrat: inoleuit adagiū inter vrbanos vt quum imm̄ſum
frigus ⁊ intolerabile ſignificare vellent: Phocion dicerent
calciatus eſt. ¶ De Portio Catone.

Abent ⁊ Romani ſua exempla. Cato Portius: q̄ a nobiliſſima
h cenſura quam geſſit Cenſorij tulit cognomen: nunꝙ toga vſus
eſt pluriſq; drachmis centum empta: ſed m[illegible]us in Uticenſi hu=
ius pronepote frugalitatis exemplū. qui ſine calceis: ſine tuni=
ca: ceterum funiculo cinctus per forum cum familiaribus poſt prandium
deambulauit.

¶ De Serranorum familia.

Mulierum: quibus apud omnis gentes ornatus corporis pecu=
liarior fere fuit ꝙ viris: vnū apud Romanos inclaruit exēplū
nec ad vnā aliquam feminā: ſed ad vniuerſam ptinens familiā:
in Serranorum gente nulla vnꝙ eſt linea veſte vſa ob molliciē
et luxū repudiata. Plerięq; hoīm nudi agūt: vel q2 texturā igno
rēt: aut potius nō egeāt: nec in eo cōtinētiā ſpectant: ſed cōmodū: ſed nūc
mores cenſentur: ⁊ vite moderatio: nō gentium ritus.

¶ De Operibus Manu Exercendis. Ca.ix.

NIhil eque vitam hoím aut aptius inſtruit;aut validius con firmat honeſta operatio:ꝛ diligens induſtria.ĩ actu om= nis virtus ſita eſt ignauia.hebetãtur animi corpora torpe= ſcunt:fiuntqꝫ morbis inpenſius obnoxia tueꝛ vtrũqꝫ dili= gens exercitatio:,neceſſe eſt vt preclare Porcius ſcripſit Cato: vt ſua cuiqꝫ vite ratio conſtet. id niſi operoſis ꝛ ala= cri ingenio viris contingere non poteſt.Eſt tamẽ in hac vite parte monẽ= da mortalitas:ne quũ agere ſe putet aliquid:aliud agat.maturanda ſunt officia:ꝛ omnia que fiunt:tempori ꝛ loco accomodanda. quod Chriſti re= gis apoſtoli feciſſe dicuntur.

¶ De Chriſti Apoſtoli.

Mimuero quum hi precãdo: legẽdo euãgeliũ pdicando:legen= do:omne fere tempus abſumerent:quoties ab eiuſmodi opib⁹ requies contingiſſet:manibus aliquid operari:Tarſẽſis Pau lus vbi claſſicũ illud iſlarat:quo partẽ multo maximã humana rum gentiũ ad Chriſti ſigna conuertit: funes texuit: Petrus Bariona ꝛ Jo. zebedei fili⁹ medio apoſtolatu piſcati ſunt:non quia non eſſe quod docere poſſent:aut non haberent quod vtilius operarenꝛ:ſed vt ſibi conceſſum ocium verterent in negocium:ſatius eſſe rati aliquid agere nihil agere:modo id quod ageretur:honeſte fieret.

¶ De Luca Euangeliſta.

Ge vero quid Lucas euangelij auctor:an non ꝛ ipſe celeſtium rerum meditatione fatigatus:aliquid ſemp depingere ſolitus eſt:ꝛ declarant hominis ſtudiũ in eo genere tabule: que hodie haud vno loco viſuntur cũ deipare iconibus ipſius manu af= fabre figurate.

¶ De Stephano anachoreta et Serapione.

STephanus anachoreta ĩ heremo funes palmaceos texuit:mai⁹ tamen:ꝛ ſeuerius Serapionis inſtitutũ.qui quũ abbas eſſet: ita inter monachos cõparauit:vtſibi quiſqꝫ manu alim̃ta quere= rent.ſiquid inde ſupeſſent : id egenus impartirent:ijs preſertim: qui aut in vinculis iacerent:aut a cuſtodia tenerentur.

¶ De Jo.abbate.

IN Thebaica ſolitudine Jo.abbas pacez a celeſti nuncio accipere ſo litus :fiſcellas profeſtis diebus texere:atqꝫ inde ſibi victũ queritare.

¶ De Antonio abbate.

SUbijt aliquãdo heremi tediuz Antonium abbatem: dubiuſqꝫ conſilij clamaſſe fertur ſeruari cupio:ſed cogitatio aduerſaꝛ. hic mirum accidit:media illa animi ĩ fluctuatione intuitus eſt hominem monaſtico habitu nunc calathos texantem: nunc o= rationi intentius vacantem : auditamqꝫ ſuperne vocem et tu ſic facio .quod oraculũ ſecutus per hec duo tam conſtanter perſeuerauit. vt omniũ monaſtice diſcipline ſit obſeruantiſſimus iudicatus.

De Pacanio abbate.

m Ille ꝛ quingentos ſub Pacanio abbate proditũ eſt fuiſſe mona chos in Thebaidis regione:qui labore ꝛ induſtria ſibi victum queſiuere nulla extraria adiuti ope.pepit ea res aliquando non

facetū ſcomma. parabat ſibi victum monachorū quidā diurno labore: vt in Scythiotico cenobio moris fuit. mirari ſedulā huius operam ex nouitijs vnus: ridereqꝫ ſimul monachū operi intentū euangelicū illud voce teſtatus. Maria optimā partem elegit: cetera nota ſunt. preferens haud dubie contemplationē terrenis opibus: ceterū a nullo ſub noctem ad cenam vocatus: quum attonito ſimilis ſtaret: deſixus rei nouitate audiuit Mariam indigere Marthe miniſterio.

¶ De Deipara virgine.

Sed nulli pulchrius diurna ratio cōſtitit: q̄ deipare virgini que a prima luce ad tertiā diei horam ſedulo placando numini vacabat: inde ad meridiem lanificio: mox a cibo qui illi parciſſimus fuit: reliquū diei diuinarū rerum lectionibus applicabat.

¶ De Heliſabethe regis filia.

Heliſabet: que tam humiliter vixit: q̄ clara eſt inter homines ⁊ illuſtris regis fortuna: in qua orta fuerat: aut lanā carpere ab oratione: aut texere aut certe aliud ſerio operari: ne per ociū: et quietem vllum ſibi tempus elaberet: nullam (vt credere equū eſt) maiorem iacturā arbitrata: q̄ temporis: in quo ſita eſt villicationis ratio: quā Euangelica celebrat hiſtoria.

¶ De Ethnicis exemplis.

¶ De maiore Aphricano.

Verum quātum in his valuit pietatis ſtudium: celeſtiumqꝫ rerū affectus: tantū nec minus: diſciplinarū amor: aut fame immoderata cupiditas: in ijs: qui myſterij huius arcanū ignorarunt. nota eſt vox illa maioris Aphricani: qui rogatus quid agere: quū ſolus eſſet: ita occurrit: vt nunq̄ ſe minus ſolum eſſe dixerit q̄ quū ſolus eſſet. demōſtrauit id reſpōſum quoties vir ille ſenatorijs fuiſſet: forenſibusve curis vacuus: non ocio ⁊ inertie deditū: ſed magna et vtilia meditari ſolitū.

¶ De Philopemene Megalopolitano.

Philopemenes Megalopolitanus tantū abfuit: vt ocioſus aliquādo fuerit: vt quū ſolus iter faceret: aut deambularet ſpeculabundus occurrentiū locorū ſitum contemplaret: ſemetipſum explorans: quid ſi tibi ductāti exercitū fiat hic tibi hoſtis obuius? aut a lateribus eo repente velut ex inſidijs conſurgat? qua figura aciem inſtruas? cōtinēdus miles: an ilico ſigna inferenda? et ſi tenēdus quomodo preſidiarios loces? aut ſubſidia diſponas? fecit eiuſmodi meditatio: vt in preſtātiſſimis grecie ducibus ſit demū Philopemenes celebratus. quo vita functo nullū amplius Grecia precellentē ducem emiſit.

¶ De Cyro maiore.

Cyrus Maior (ſi vera ſunt que de eo greci ſcriptores prodiderūt) mirifice eſt terre cultu delectatus. ſatis conſtat a Lacedemonio hoſpite mortalium feliciſſimū iudicatū: q̄ preter regnū quod ampliſſimū illi fuit: terram ſcientiſſime coleret.

¶ De Tarquinio Superbo.

Poteſt ⁊ L. Tarquinius (qui vltimus fuit Romanorū regum) videri a ſimili cura non abhorruiſſe. qui ex horto funeſtū illud Gabine ciuitati Corinthoqꝫ tranſlaticiū dedit filio reſponſum.

¶ De Demetrio ⁊ Europo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DEmetrius qui Poliocertes cognominatus eſt: bellicas machinas et naues fabricare ſolitus dicitur: quū a re bellica: cuiꝰ fuit ſcientiſſimꝰ: vacaret. pulchrius hic q̃ Eropus Macedonie rex: qui ſiquid ocij nactus eſſet: vt id in negociū verteret: lucernas ⁊ paruos fabrefecit abacos: vile opus (quis neſcit) et ridiculū preſertim in rege. ſed ſic melius q̃ ſi nihil feciſſet. nihil magna ingenia minus ferūt q̃ ocium.

℄ De Parthorum Regibus.

PArthorum reges ne deſidia torpeſcerent: telorū cuſpides acuere conſueſſe traduntur. ſeduloqꝫ id facere vt non ſolum animi oblectationem ex ea re ſibi quererent: ſed ⁊ laudem.

℄ De Mahomete Othomano.

NOſtra memoria Mahometes Othomanꝰ qui Grecie imperiū euertit: quum oratorū poſtulata audiret externarū gentiū: coclearia lignea affabre celabat: aut in tabula aliquid effingebat.

℄ De Attalo Philometore.

HOneſtius hoc multo vtilius: q̃ Attalus Philometor: qui in regio orto Aconitum: Cicutam aliaſqꝫ noxias coluit herbas. legebatqꝫ ſemen ceu ſalubrē aliquā frugem: quum haud dubie hoīm perniciē legeret.

℄ De Domitiano principe.

AT q̃ inuidioſū hoc ⁊ deteſtabile: tam me hercule riſu dignum quod de Domitiano principe proditū eſt memorie. qui in ſecreto muſcas ſtilo cōfigebat. indeqꝫ iocandi materiā nactus aulicorum vnus: rogatus an cum principe eſſet aliqs: ne muſca quidem reſpondit.

℄ De corporis caſtigatione. Capitulum. x.

BEne actum eſſet cum homine ſi corpus hoc quo verus homo tegitur: tam libens virtuti q̃ voluptati inhereret. hanc enim ſponte ſequit̃ illam non niſi imperio coactus. ceterū quo cōtumaciꝰ eſt magiſqꝫ in vitia propēſum: eo fortius ſapiētiuſqꝫ feciſſe videri poſſunt ij qui illud vt nequiſſimū aliquod mancipium inedia: labore ⁊ verberibꝰ affligentes: rationis iugo ſubiecere.

℄ De Paulo Tarſenſi.

HOc certe eſt quod Tarſenſis Paulus chriſti proponit cultoribus: ego inquit caſtigo corpus meum. q ſi in eo qui vas fert electionis caro huius indiga fuit remedij: qui ceteri faciant: qui ne in reiectorū numero ſint: eſt vehemēter adnitendum.

℄ De Ludouico Francorum Rege.

ID (vt credi par eſt) imprimis ſecutus Ludouicus Galliarū rex libentius cilicina vſus tunica: q̃ aurea aut purpurea. hoc qđ terreni erat regni inſigne aſpnatus: illud cupide complexus: quia auguſtioris imperij ꝑpetuoqꝫ manſuri.

℄ De Macario Alexandrino.

MAcarius Alexandrinus: quia graue et aſſiduū fuit illi certamē aduerſus carnem ſaccū ſabulo plenum ad extremā laſſitudinē geſtabat humeris. rogatꝰ forte qđ ſupuacua illa ſibi vellet opa: niſi inquit corpus hoc grauiter affecero: periclitet̃ anima neceſ

ſe eſt. ¶ De Monacho Lithophoro.

Diuus Hieronymꝰ auctor eſt: viſum a ſe in heremo qui iam tertium annū bis quotidie pergrande ſaxum tria milia paſſuū geſtaret humeris: tātaq; alacritate iniunctū onus ferret vt ad corpus maiorē in modū fatigandū poſceret: vt aliquid adhuc oneris adijceret. ¶ De Jo. Monacho.

Irum quidem videri poſſit ⁊ a fide abhorrens niſi pia opera ce
M lo cure eſſent: quod de Jo. quodam monaſticā vitam agente ꝓditum eſt memorie auguſte rupi cum inſixum ꝑpetuo ſtatu ſomnum ⁊ cibum cepiſſe. adeo pertinax eſt celeſtiū rerum cura: tantaq; in virtute cōſtantia ſi fauor numinis adſit.

¶ De Franciſco Aſiſiate.

Emo autem ſeuerius calcauit voluptatem Frāciſco Aſiſiate.
N nemo corpus atrocius afflixit. is quum cōnubij appetentia forte animū tetigiſſet: verberibꝰ totum corpus affecit. verum quia ſic quoq; rebellabat carnis ſtimulus: nudū corpus alta niue immerſit. niualeſq; effingens imagūculas in puerorū ſpeciem arctius amplexari. en inquit tibi vxor. en liberi quos optaſti. hos amplectere. hos foue: et oſculare. vis hec: an in officio eſſe: terra ſimul frui ⁊ celo non potes.

¶ De Pacomio abbate.

Caſtigatio hec ſeuera et pene atrox. ſed Pacomij abbatis propemodū atrocior. qui non modo niuali frigore afficiebat corpus: ſed nudis pedibꝰ vepres ⁊ tribulos calcabat: vt aculeos carnis: extrarijs: corpuſq; cōſauciātibus expungeret.

¶ De Heliſabethe regis filia.

Vix miretur hec qui fando audiuerit: aut legerit aliquando ab Heliſab: the regis filia abduci ſolitas in ſecretum domeſticas ancillas: hiſq; herile corpus atrociter verberādum prebuiſſe. fuitq; illud haud vno modo ꝓficere. nam ⁊ caſtitatem per hec tueri: et patientie aſſueſcere.

¶ De Cecilia virgine.

Agnum ⁊ Cecilie virginis exemplum in hac relatione: que Va
M leriano deſponſa ne in nuptiali quidem ornatu cilicium depoſuit: ſic duobus ſpōſis placitura celeſti interiore. hoc alteri qui in terris erat cultu exteriore.

¶ De Radigunde regis coniuge.

Tulit et Radigundis vxor regis in Gallia ſub regali veſtiū cultu: vile et aſperum cilicium. documento haud obſcuro mente et ijs que non cernūtur oculi: rectius pietatem coli: ꝙ vittis et tunica. ¶ De Sarra.

Sed nulla pertinacꝰ carnem impugnauit ꝙ Sarra in Scythi monaſterio cuiꝰ antiſtes fuit. xl. annos. neq; aquas preterfluētes neq; pratum cubiculo ſubiectum molliter virens vnq̄ intuita: nec ſc; terreſtris illecebra oculis inſpecta ꝓtioſo allapſu. mentē celo intentam propoſito auerteret.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Socrate.

N Ec pauci q̄dē fuere qui citra omnē vere pietatis affectū īſignit exercuerūt ī ſuū corp⁹ īperiū virtutis ſtudio aut neceſſitate ali qua adacti. Nā Socrates qui Ethicē īduxit: perdi⁹ ac pernox a p̄mo ſolis ortu ad ſolē alterꝝ orientē īmobilis ſtare ſolitus eſt iiſdem veſtigijs atq̧ eodē obtutu defixus: vt ad fortuitas vices patiētia aſſueſceret. adeo hec virtus p̄ ceteris fuit illi cure.

¶ De eodem Socrate.

D Vit idem tanta (vt fertur) temperentia vt omne vite tempus in offenſa valitudine vixerit.

¶ De Diogene Cynico.

S Inopeus Diogenes preter nuditatē corporis (ſolo enim pallio vſus eſt) nudis pedibus vixit et capite adaperto frigoris ⁊ ca loris eque patiens. abiecto prius lineo vaſe alterius canis ad hec manibus potare ſolitus. Extremis vite temporibus crudā carnē veſci conatus eſt: vt nihil eſſet in quo miniſterio alterius egeret ſo brius nature cultor.

¶ De Anaxarcho.

M Agna ⁊ memorabilis Anaxarchi cōſtātia. ſed hec non medio cruciatu (vt credere ē) ſed lōgo vſu ⁊ exercitiōe q̄ſita. is quū ty rāni iuſſu marmorea pila tūderet̄: nō ſe ſed Anaxarchi pilā tō di teſtatus eſt.

¶ De Meneſarcho.

M Iſſus Meneſarchus ab Alexādro ad Gymnoſophiſtas: ī par tem cāpū p̄ductus nudos hoīes oſtendit feruēti arena ſeſe exer cētes. horū aliū alio ſtatu celi ⁊ loci ītēperiē ferre. hic veſtigio nixus ſtabat. ille īnotis oculis Solē ex aduerſo intueri. ſedē bant nōnulli lapidib⁹ ⁊ ſcopulis īmoti. aliī in arenis iacebant. hic in faciē: ille ſupin⁹ oēs tñ ad tollerātiā ⁊ labores p̄ferēdos velut ad p̄ mariā quādā virtutē exerceri. eſt eñ fortitudinis mr̄ virt⁹ hec cōtinentie: aliūa. vt vere ⁊ ſapiēter ſic dictū Abſtine: et patere.

¶ De Attilio Regulo.

N Ec in pluma ⁊ epulaꝝ luxu nata eſt illa Attilii reguli in crucia tu cōſtantia cōtēptuſq̧ mortis. parſimonia ⁊ magnus virtutum habitus tam facilē illi fecit viā ad mortē: vt capt⁹ iam ⁊ vinctus nō magis Penoꝝ crudelitatē extimuerit q̄ ī acie ſtās timuerat arma.

¶ De Catone Uticenſi.

C Ato: qui Uticēſis cognomē tulit: adoleſcēs ad hūc vſq̧ integrū diē ſermōe nihil intermiſſo locutus eſt. calores ⁊ niues nudo capite tolerauit. iter pedib⁹ facere amicis equo ſedētib⁹. quoties a fe bre laborauit: ſolus eſſe voluit: nec quēq̄ admiſit niſi morbo le uatus. p̄ hec virtus illa adoleuit quā poſtea ciuili bello reipu. p̄ſtitit. ſep tem cōtinuos dies p̄ loca ſerpētib⁹ infeſta duxauit exercitū nō equo: non vehiculo vectus: ſed pedib⁹ ⁊ in primo agmine iter faciens. nunq̄ ſedens niſi cum cibum aut quietem caperet.

¶ Marci Antonii Sabellici Secundi exemplorum libri Finis.

¶ Marci Antonij Sabellici exemploꝝ liber tertius.

Exempla ad eam vite partē penitētia que greco verbo Monaſtice dicta eſt: a noſtris ſolitaria dici pōt: primꝰ liber explicat. Nunc ea dicētur que domeſticā diſciplinā inſtituere et illuſtrare poterūt. ⁊ ob eam rem relatu nō indigna. quid ꝙ nulla eſt hoim opinione ſanctior in terris neceſſitudo: ꝙ̄ illa que vnicuiqꝫ eſt noſtrū cum parētibꝰ: liberis: ⁊ ijs quibꝰ cum ꝑpetuo viuimus: que quo maior eſt: maioreſqꝫ inanimis hominū parit affectꝰ: eo magis illuſtria exēpla pars hec vite ſibi vendicat quam ceterarū aliqua. ¶ De autoritate parentū in liberos. Capitulum.j.

¶ De Noe.

Noe: vt a vetuſtioribus relatio hec ſumat exordiū: qui vnus mortaliū cum ſua domo Cataclyſmo ſupfuit: liberos non modo in antiqua pietate ad id tempus tenuit: nullaqꝫ paſſus eſt vitiorū labe contingi: que plus nimio in terris inualuerat: ſed quū in fabricanda arca a ceteris delirꝰ haberet: filij et vniuerſa domus ſemper in officio fuere: et ad omne ſenis imperium parati. ¶ De Jacob ſiue Iſraele.

Sed ꝙ obſequēter hi partē audiuere: tam pie nec minus Iſraelem decem filij ſūt veriti. qui in Egypto ad regij prefecti pedes cum lachrymis ⁊ precibꝰ prouoluti: nihil obſcure teſtati ſunt: ꝙ̄ ſanctū eſſet apud ſe patris imperiū: profeſſi aut ſibi ꝑpetuo exulandū: aut fratrē: cuius ſuppliciū deprecabanť: ſeni reſtituendum.

¶ De Habraamo.

Isaachus: qui horū auus fuit: in montē ab Abraamo patre pductus: quū pro hoſtia mactandus ante aram ſtaret: nō cōtumax ſenem fortis ⁊ validus aſpernari: ſed in agni ſpeciem ſe patri imolandū prebuit: vt dubitari poſſit paťna ne pietas magis deo placuerit: an filij obſequium. ¶ De Dauide Rege.

Expertus eſt dauid rex in filijs cōtumaciā. ſed vltio fuit illa numinis: non domeſtice diſcipline vitiū. Ceterū extremo vite tēpore Salomonē puerū adhuc ⁊ adulterio cōceptum: regē declarauit. quū plures filij adeſſent grandes natu: ⁊ prudētia nō vulgari. verum hi nō modo non patri iuerūt obuiam ſed eius volūtatē ceu oraculū ſecuti nihil etiā poſt ſenis interitū mutare ſunt auſi.

¶ De Mathathia Machabeorum patre.

Est et Mathatias Machabeoꝝ pater hoc nomie memorabilis. cuius ſtudium et pietatem ſecuta cohors illa ducum veriuſqꝫ filiorum perpetuū geſſit bellum cum Syrie regibus. non hoſtiū opes: que validiſſime erant: non domeſtici caſus: quibꝰ ad inuidiam ſeuiētis fortune Judas ⁊ fratres iactati ſunt: excutere potuerūt ferrum ex illorū manibꝰ. quin fuit omnibꝰ is bellandi finis: qui fuit ⁊ vite.

¶ De Hebraica muliere.

Vendicat in his ſibi locum Hebraice mulieris exēplū. que Syriacis tēporibus cum filijs de religione appellata: propoſitaqꝫ impunitate ſi a patrio cultu diſcederet: auctor fuit adoleſcentibus vt citius mortē appetrēt: ꝙ̄ a maiorū pietate declinarēt.

cuius vocem ⁊ imperiũ reueriti vnus poſt alium ſeſe morti deuouerũt: ſatius rati ſe priuari vita: q̄ matri nõ parere honeſta ⁊ vtilia precipienti.

¶ Exemplorum Sabellici de prophanis: et primũ. ¶ De Telamone.

Teucer ⁊ Aiax a Telamone patre ea lege dicuntur ad Troiam miſſi: vt ambo aut neuter domũ redirent. nec decẽnale bellum eorum deſiderij plenum: que mortalibus cariſſima eſſe ſolent: patris legem antiquare potuit: quin capto Ilio Teucer: qui fratrem amiſerat: natale ſolũ exilio vertit: Cyprũqꝫ pretulit patrie: cuius finibus domeſtica lege excludebatur.

¶ De Agenore rege.

Peruetus res eſt: fabuleqꝫ ppior q̄ hiſtorice fidei: ⁊ ob id fortaſſe cunctantius referenda. Ceterum quia memorie prodita eſt: nõ indigna fortaſſe ſit: que ad vitam inſtruendam inter illuſtria memoretur exempla. Cadmus Agenoris filius ad Europam ſororem querendam ea eſt cõditione a patre miſſus vt niſi illa reperta: exularet. diu proinde multumqꝫ terra mariqꝫ euagatus paterni magis imperij q̄ patrie memor in Boetia exul cõſedit.

¶ De Hamilchare Barchino.

Non religio: cuius contemptor fuit: ſed Hamilcaris: qui eum genuit ſtudium ⁊ voluntas in cauſa fuit: ꝙ Hannibal omnia iura diuina ⁊ humana maluit peruertere: q̄ amicus eiſe Romani nõis. deſijt is victus res romanas ſolitare. ex odio tamen nihil remiſit: vixit priuatus: ſed Romanorũ nihilo ſecius hoſtis. potuit fortuna ducis mutari: propoſitum nõ potuit. adeo in quibuſdam plus affectus valet: q̄ neceſſitas.

¶ De Sp. Caſſij patre.

Ceterum quanta fuerit omni tempore patrum maieſtas in filios vnum atqꝫ alterum Ro. ciuitatis exemplum plane arguit. Sp. Caſſius vir conſularis a patre domeſtico iudicio ob rempu. ſeditioſam adminiſtratam necatus dicitur. ⁊ cum: qui Macedoniam prouinciam parum ſecunda fama texerat: domũ reuerſum pater primo iudicio dãnauit: ſupremoqꝫ affecit ſupplicio.

¶ De Romulo.

Romulus parẽs ⁊ conditor Romane vrbis legibus ſanxit: vt liceret patri bis filiũ vendere. per que totus homo intelligitur patris eſſe: ⁊ quia ab eo procreatus ſit: ſit preterea legitime educatus: ⁊ inſtitutus: honeſte in re publica collocatus.

¶ De liberorum inſtitutione. Capi. ij.

¶ De Protoplaſto ⁊ filijs.

Quoniam ſua ſponte incidit hec relatio in liberorum inſtitutionem: non ab re ſit (puto) economice huius partis exẽpla continuo referre. preibuntqꝫ noſtratia: ne quid inſtituto ordine aberret explicatio. Docuit exemplo memorabili Protoplaſtus: que omniũ prima ſit liberis diſciplina inculcãda: nam quum duorum pater eſſet: vterqꝫ ab eo edoctus eſt celi numen venerari. eſt enim hec primaria ſapientia. obtulit itaqꝫ hic: q ter-

re cultoꝛ fuit: frugum pꝛimitias. alter: q̄ paſtoꝛ erat: agnos ⁊ quicq̄d exi- miū ex toto grege potuit: in holocauſtū dedit. ¶ De Noe.

QUid Noe: an paruū documentū pꝛebuit omni poſteritati nul- lum eſſe tempus: quo liberi non verecūde ſolum: ſed religioſe queqꝫ adire debeāt parētes: ac venerari: Enimuero quū poſt vini hauſtum ſenex parum caute humi ꝓuolutus iacuiſſet: ri- ſit impius Cham verenda patris: q̄ auerſi adeuntes cōtexere ceteri fratres pallij iniectu: id ſpectaculū vt dirum et deteſtabile auerſa- ti. vltus eſt eam contumeliā Noe: Cham impietatis damnatū perpetuo multauit exilio. ¶ De Job patientiſſimo.

Onſtrauit pꝛimus ille parens dei cultum filijs. hic vero paren-
M tum. Job omniū patiētiſſimus doctrina et exemplo liberos ad tolerātiā et quādam animi tranquillitatē inſtruxit. nam qui pa trem tot cladibus affectum erumnoſūqꝫ in pietate et officio per manētem videre: tolerāterqꝫ omnia ferentem. hi (vt credere equum eſt) ſi ruinam qua demum obꝛupti ſunt: pꝛeuidere potuiſſent: tam foꝛtiter tuliſ- ſent: q̄ ſenex ipſe vno caſu omnes tulit amiſſos. ¶ De Iſraelis filijs.

Octi ſunt ⁊ Iſraelis filij a patre opoꝛtere domum bene inſtitu-
D tam ab omni labe ꝓcul abeſſe: nihilqꝫ celerius q̄ domeſticū ſce- lus abolendū. quos ſoꝛoꝛis Diane raptum magna Sichimitarū clade vltos: pollutoſqꝫ nocturna cede cōfeſtim expiauit: iuſſitqꝫ tabernacula alio transferri: locum ipſum, lociqꝫ Genium vt pollutum et inceſtum aduerſatus.

¶ De Loth Sodomeo.

Uam pie ad hec ſancteqꝫ liberos ⁊ totam domū inſtituerit So-
Q domicus Loth q̄ ꝓcul ab omni labe abſtinuerit: memoꝛabile ex cidiū patrie quo familia vna miraculo ſeruata eſt: nihil obſcure declarat. inuaſerat feda libido Sodomā: īuaſerat et Gomoꝛrā aliaſqꝫ paleſtine ṫre vꝛbes. atqꝫ ita id malū late ſerpere cepat: vt ne ab ho- ſpitibus quidē violandis abſtinerent: inferebatur palam vis nature: ⁊ veti ta: libido pꝛo legitima haberi. cremauit itaqꝫ celeſtis flamina infandā gē- tem: omnis ſexus cum ſuis viribus totaqꝫ regione abijtqꝫ in cinerem: vt et ipſa vꝛbiū cadauera interierint. vnus Loth vnaqꝫ cum eo domus tante fuit cladis expers. nec vis ignea eos attigit: quos feda voluptas nō atti- gerat. ¶ De Ethnicis et pꝛimū.

¶ De Perſis.

SUnt ꝙ illoꝛum in hac ꝑte nihil obſcura exempla: q̄ arcanū hoc pietatis neſciuere. Perſe genus hominū: quū ſua oꝛigine: tum ipſa regni (quod olim habuit) opulentia omnibus terris illuſtre quando verum dei cultum cuius erant pꝛoꝛſus ignari: non po- tuerunt aſſequi: qđ ꝓrimū illi fuit: iuſticiā publice ⁊ pꝛiuatim filios doce- re. id vero fuit veritatē loqui. quod fidei fundamentum eſt: ⁊ iuſticie per- petua comes.

¶ De Lacedemonijs.

A Que valuit vetas illa Lacedemonioꝛum diſciplina: ac ne- ſcio āplus etiā aliq̄d habuerit. ꝙ hi liberos ad laboꝛē ⁊ tol-

rãtiam a pueris ſeuere exercuerunt: ⁊ quod omniũ maxime fuit vite cõducibile: etas illa puo aſſueſcere cogebatur vt poſtmodũ adulta cẽt honeſto contento.

¶ De Phocione athenienſi.

S Ed hec publica inſtituta. Phocion Athenienſis quum Phocẽ filij intemperantiem domeſtica diſciplina cohibere nõ poſſet: Lacedemonẽ miſit inſtituendũ. eoqꝫ adoleſcentium ordine collocauit quem agogem greco verbo dixerũt. nec dubitauit homo temperantie cultor egregius externam diſciplinam Attice preferre: que tum omniũ preſtantiſſima habebatur. ratus (quod certe eſt) vitam hoĩs magis exemplo ꝓficere: ꝙ preceptis.

¶ De Cyro rege.

C Yrus maior (ſi Xenophon ad fidem hiſtoricã ſcripſit) a Cambyſe patre belli ⁊ pacis artibꝰ inſtructus exijt in ſpem tanti regni ꝙtum eſt poſtea ab eo cõſtitutũ. eſt itaqꝫ foris ille virtute ⁊ ſucceſſu auctus: domi vero a patre affabre deliniatus.

¶ De Philippo Macedonum rege.

E Xtas hodie exemplũ epl̃e Philippi Macedonũ regis: qua terror ille Grecie teſtaꝛ non magis ſe letari ꝙ Alexander filius ſibi natus eſſet: ꝙ ꝙ Ariſtotelẽ haberet cui puerũ tradere poſſet iſtituendũ. nec id rex ſolum ſcripſit: ſed hunc ipſum filio domeſticũ preceptorẽ adhibuit.

¶ De Paulo Emilio.

N Ec Emilio paulo minori cure fuit liberorũ inſtitutio. qui omni Macedonũ gaza victor potitꝰ ex tam opulenta preda nihil attigit: preter duos libros regie bibliotece: quos filius habendos dedit. tanto maius ſtudium illi fuit filios liberalibꝰ diſciplinis inſtruendi: ꝙ opibus ⁊ diuitijs locupletandi.

¶ De Catone maiore.

P Rebuit Emilius inſtrumentũ filijs per quod cõmodius ꝓficerent. At Portius Cato qui a nobiliſſima cenſura tulit cognomen: prebuit ſeipſum liberis ſuis preceptorẽ: qua inſtitutiõe nõ ſolum quia Cato erat: ſed quia et pater: nulla ſanctior vtiliorqꝫ pueris adhiberi potuiſſet.

¶ De Ceſare Auguſto.

A Uguſtus Ceſar quũ vrbis vel orbis potius terrarũ curam gereret: Luciũ et Caium quos pares et libram ab Agrippa patre emerat: ⁊ in ſpem ſucceſſiõis adoptarat domeſtice quedam docuit in re l̃raria docuit ⁊ natare.

¶ De parentũ ſeuera animaduerſione. Capitulũ. iij.

¶ De deo.

I Lle ſummus et verus omniũ parens deus: qui celum et omnia creauit: omnia gubernat: mundo adhuc recenti documẽtum dedit inſigne: atqꝫ omni poſteritati ad exemplũ cõducibile: parentũ precepta: quibus vitam debemus: contẽni non oportere. Prothoplaſtũ ⁊ euam quã illi iunxerat: deliciarũ regiõe depulit: moriendi neceſſitatẽ iniũxit: quia diuino precepto aberraſſent nec ligno abſtinuiſſent: quod fuerat ambobus interdictum: peperit illis breuis voluptas perpetuũ laborem: et qui beatã a prin

cipio vitam omniūq; malorū expertem fuerant ſortiti: iam inde triſtem & erumnoſam egere. ¶ De Prothoplaſto.

NAm ſeuerum in tranſgreſſu legis eſt ꝓtoplaſtus expertus parentem illum omniū (nam tum duo tantū in terris eſſe: quoꝝ pater dici potuit) tam ipſe nec minus fuit in Caim filium: quē poſt Abelis cedem adeo eſt aduerſatus: vt omnis ſanctioris diſcipline: reliquerit expertem. enimuero cum ipſe vere pietatis negligēs fuit: tum qui ab eo ꝓcreati ſunt negligentiſſimi. ſubiiſſetq; breui veritatis obliuio: quum mūdus adhuc recens eſſet: niſi cetera Adami ſoboles ſancti⁹ inſtituta totum id arcanū in poſteros propagaſſet.

¶ De Noe.

FEdum & deteſtabile filii in ſe facinus vltus eſt et Noe: ac neſcio maior ne pena fuerit an culpa. ſiquidem intempeſtiuū et ſtolidū filii riſum ꝑpetuo multauit exilio. fuitq; vindicta illa non ſolum iniurie auctori exitio: ſed omnib⁹ etiam gentibus: niſi chriſti admirabilis aductus eas demū tenebras diſcuſſiſſet: quas dirum illud exilium omnib⁹ terris offuderat.

¶ De Saulo rege.

SAulus: q· primus in Iudea regnauit: quum Ionathas fili⁹ ingentem hoſtium fudiſſet exercitū: fuſumq; rex cum ſuis a tergo premeret: ac forte edictum eſſet nequis cibum caperet niſi debellatum prius eſſet cum hoſte: ipſum victorie auctorē filium quia eſtu & labore feſſus fauum mellis media hoſtium inſectatiōe per obliuionem comediſſet: ad ſuppliciū arreptum capite dānauit. eſſetq; cōfeſtim pena cōſecuta: niſi victor exercitus fortiſſimū iuuenem iam ere admotū impenſiſſimis precib⁹ ab rege impetraſſet: vt & eum ſeruaret ꝑ quem vniuerſa gens eo die ſeruata eſſet. ¶ De Herode.

SEuerus certe Saulus in filium: ſed ſeuus in liberos Herodes rex Galilee. qui Antonii & Octauii ouum viratu: rex et amicus eſt Po. Ro. appellatus. duos hic occidit filios vnum poſt alterum: affectati regni compertos. potuit iratus pater liberos in poteſtatē redactos: in vinculis habere: et in ſucceſſionē regni ſeruare. interficere tamē maluit: magis leſe maieſtatis memor: q̄ patrie pietatis.

¶ De Trebellio Bulgarum rege.

ADiciam his recens exemplū: & cui nullum propemodū ex recētiorib⁹ merito cōparari poſſit. Trebellius: qui primus chriſtiani nominis Bulgarie rex fuit (eſt olim hec Macedonia dicta) monaſticā ſecut⁹ vitam filio Chriſtiana pietate imbuto: regnū per manus tradidit: relabif hic paulo poſt in malorum demonū cultum. quod vbi exploratū habuit Trebellius: regni gubernaculo denuo aſſumpto: impiū filium luminib⁹ priuat: regniq; tutela in fratrem: qui minor natu erat: ſubito tranſlata: ſeſe in ordinem redegit.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Artaxerſe.

MAgnum hoc: ſed quod dicam omniū maximū maximeq; memorabile. Ethnica enim ſunt que ſequūtur. fuerunt (ex numeroſo crede-

re eſt pellicatu quinquaginta filij Artaxerſi Perſarū regi. hi Dari impulſu: quem pater contra morē gentis: viuens regem cōſtituerat: in ſenem cōiurant. nefarij conſilij cauſa inde orta: q pallacaꝝ vnam Aſpaſiam nomine petēti dario negaſſet pater. facinus oſtēto ſile: q in paternā cedē nūeroſa illa filiorū phalans cōſpirare potuerit nullo diſcrepante. ceterū omnis humane pietatis immemor pater: dariū cōcepti ſceleris cōiunctum cum numeroſa illa fratrū cohorte extremo affecit ſupplicio: cōiugibus ⁊ liberis interfectis: vt ex tāta nuper ſobole ne progenies quidem vlla ſupereſſet. nec ipſe multum inde ſupuixit huic domeſtice cladi: morbo et merore cōfectus. Rex felicior: q̄ pater: regnauit annos duos et ſexaginta: nonagenarius obijt.

De Amyntore.

Vetuſtior fama eſt: et magis poetarū nota fabulis q̄ hyſtorica fide nixa: res tamē cognitu non inutilis: poteſt enim exemplo prodeſſe. Phenix amythoris filius: qui Achilem ad Troiam comitatus eſt: matri gratificaturus. patris interfecit pellicē. pretulit Amynthor propriū affectum domeſtice pietati filiūq; dire execratus: domo ac patria pulſum perpetuo multauit exilio.

De Althea Enei coniuge.

Fuit hec Amynthoris ſeuera vltio: ſed Althee: q̄ Enei fuit vxor non animaduerſio: ſed furialis vltio. hec vt duorū fratrum cedem vlciſceretur: Meleagrū filium cedis auctorem crudeliter deuouit: deuotū ad mortem compulit. fuit hoc ire indulgere: non ſeuere animaduertere. ſecuta tamen eſt cōtinuo penitentia animoq; conſternata mulier laqueo vitam finiuit. ac domeſticā cladem propria morte cumulauit.

De Junio Bruto.

Sed hec cunctatius ponenda: que ſequūtur multo recentiora ⁊ illuſtri loco collocata. Junius Brutus Romane libertatis aſſertor duos adoleſcētes filios publice interfecit proditiōis cōuictos: q de regibus quos ipſe eiecerat in vrbem reducendis cum Aquilijs: et Belijs cōſilium agitaſſent. magnum fortune ludibrium: vt ab ea domo: vnde Ro. Po. nuper orta erat libertas: ſit propemodū extincta.

De Manlio Torquato.

Manlius Torquatus filium ſecuri percuſſit latino bello: q contra imperiū in hoſtem dimicaſſet. nec profuit iuueni: q victor: q hoſtilibus ornatus ſpolijs ad patrem redijſſet. valuit plus imperij maieſtas apud Manlium militariſq; diſciplina: q̄ paterna pietas: aut filij ſtrenuitas.

De caritate parentū erga liberos. Capitulum. iiij.

De Iſraele.

Nullo arctiore vinculo homo homini iūgitur: nullo minus ſolubili nexu q̄ eo quo parentes liberis. multa volumus patrie/debere: multa parentibus: multa demum multis ſed filiorum cauſa omnia volumus. per ferrum: per flammas itur intrepide: ſi filiorum charitas poſtulet. nullius in-

... omini ſuauior: nullum funus acerbius: magiſq; luctuoſum vnum ex filiis amiſſum multos annos luxit Iſrael: nec prius diuturnum luctum abſterſit: quam ex inſperato repertus eſt. cuius videndi ſtudio patriā et domeſticos lares reliquit: migrauitq; cum tota domo in egyptū. c. xx. annos et amplius natus.

¶ De Labane Iſraelis Socero.

h Unc ipſum iſraelem etate florentē duas labanis filias: que illi nupſerant: partemq; armentorum multo maximam clanſecum abducentem ſocer aſſecutus: affeciſſet haud dubie extremo ſupplicio tam meritum: quam vltioni obnoxium. Aderat ſeni clientus et ſeruorum manus ingens ad vim et iniuriam parata: niſi filiarum lachryme interceſſiſſent. que apud labanē tanti fuere: vt vbi pena fuerat exigenda. ictum ſit fedus: vt qui inimicus et vltor venerat: pater inde et ſocer abſceſſerit.

¶ De Dauide Rege.

D Eiecit Abſalon patrem regio ſolio: deiectum hoſtiliter inſectatus eſt. ceterum prelio victum interfectumq; media fuga tā dolenter fleuit pater: efflictimq; lamentatus eſt: vt flet' magne illi inuidie fuerit apud exercitum maiori adhuc futurus. niſi amicorum ad monitu tu lachrymis ſimulatum gaudium miſcuiſſet.

¶ De Centurione.

N Iſi Centurio ille itali generis (vt credi equum eſt) diuina Chriſti opera vidiſſet: nunq; huius opem laboranti filie imploraſſet: pietatis tamen cultum non prius recepit: quam puella periculo ſeruata eſt. valuit in militari homine multum miraculorum claritas. ſed plus omnino patrius affectus. illa veritatis admonuit hic vt coleret: efficit.

¶ De Patre familias Euangelico

H Abet exempli inſtar et pondus ingens imaginarius ille pater familias quem euangelica celebrat hiſtoria. qui prodigum filium peregre reuerſum non modo non aduerſatus eſt: patrimonii enim partem vnam turpiter prodegerat: ſed ſeminudum et media confectum nuptiali veſte texit: feſtiſq; accepit epulis. dignus: qui aut meliorem filium genuiſſet: aut i melius (vt euenit mutabilē.

¶ De Dei para Uirgine.

E St et illud imprimis memorabile q; Chriſti mater cum prefatione laudis ſemper ab omnibus nominanda: ab illius acerbiſſimo cruciatu nunq; temere ab vllo viſa eſt. impriuato egit: aut oratio ni intenta: aut diuina legens: ſanctiſſimi filii tam pia: quam ſecunda cultrix.

¶ De ethnicis exemplis: Et Primum.

¶ De Egeo.

h Oc et colere fuit et amare: ſed quod Egeus fecit dolori tantum indulgere. qui procul intuitus nauim qua filius Theſeus ex Creta victor vehebatur: quia nō candida eſſent illi vela: ſiue cerulea (vt alii memorant) que letitiam et filii incolumitatem teſtarentur. ſz funeſta et atri coloris q̄ a principio fuere: Theſeū periiſſe rat': ex alta ſpecula in ſubiectum ſeſe pelagus precipitauit.

¶ De Solone Athenienſi.

ATrocius hoc ꝙ quod Solon feciſſe fertur. neqꝫ enim atrox id fuit: ſed euentu ridiculum: ⁊ huic: qui ſapientis nomẽ inter paucos tulit: haud dubie pudendũ: erat Solonis nomen tota Grecia ⁊ Aſia celebre: quia leges Athenienſibus dediſſet. ceterum quum miletum peregre veniſſet: frequenterqꝫ cum Thalete (ꝗ et ipſe vnus ex ſeptem fuit ſapientibus) congrederetur: ac forte ambo ex conſuetudine in publico deambularent: tum ex compoſito filij mors: illi nunciata eſt. ad quem atrocem nuncium vir aliorum qui ſapiẽtie fama nobilis ꝯſternatus animo: repente ſeſe humo afflixit. capillũ ⁊ barbã vtraqꝫ manu vellicãs: fedanſqꝫ iniectu pulueris ora: palliumqꝫ laniare. ad quod fedum ſpectaculum ⁊ indignum perſona quam gerebat: quum ex toto foro ingens factus eſſet concurſus: ⁊ ipſe cum muliebri eiulatu ad ſacietatẽ ſpectatus indecore iacuiſſet: tum Thales cuius opera fuerat is nuncius illatus: Solonẽ leniter tangens: bono inquit ſis animo: filius tuus viuit. at experiri volui an vxorem ducere ⁊ filios procreare expediat ſapiẽti viro: vt tibi perſuaſum eſt: ⁊ ipſe magna aſſentione contendis: ſed iam (vt videre eſt) nõ modo nõ conducit: verũ maiorem in modũ repugnat: quando ex ſapientibus inſani fiant filiorum cauſa.

¶ De Seleuco rege.

QUid Seleucus rex Syrie: nõne magnũ edidit ꝑſie charitatis exemplũ? qui Stratonicem cõiugem vnice dilectam: beneqꝫ cõuenientem Antiocho filio ceſſit: poſteaqꝫ iuuenez Eraſiſtrati Medici indicio comperit illius forma captũ periturũ: niſi obuiam iretur. fuit id nõ ſolum filij vite conſulere: ſed ſeipm vincere: quo nihil eſt magno homine preſtantius.

¶ De Carthaginenſium Matribus.

CArthaginenſium matres: quum tertio bello punico ex omni nobilitate lectiſſimi adoleſcentes obſides in Siliciam mitterẽtur: eos fletu: ⁊ lamentatione querula ſunt ad naues vſqꝫ comitate. tum ex his quedam a filiorum complexibus auulſe vbi oram ſolutam videre: nauimqꝫ portu egredi: dolore ſtimulante in ſubiectos fluctus deſiluere.

¶ De Olympiade magni Aldxandri matre.

OLympias magni Alexandri mater refoſſa Iolle (qui filij Pincerna fuit) oſſa quia in viuũ ſeuire nõ cõtigerat: diſſipari iuſſit ſic vlta illa eſt filij mortẽ: cui venenũ miſcuiſſe Iollas ferebat.

¶ De Paryſate Cyri matre.

SEuijt Olympias i mortuũ. ceterũ minoris Cyri mater Paryſatis multo atrocius inſectata eſt filij interfectores. quorum vnum Charetem decem dies a tortoribus excruciatum priuari luminibus iuſſit: auribus liquefactum plumbuz infudit. Metroclatem ob eandem noxam duabus ſcaphis incertum: ficiſqꝫ et melle paſtum: vermibus quos corporis excrementa pepererunt: erodẽdum reliquit. Meta ſabatem. qui poſtremo ad ſupplicium raptus eſt. pelle enudatum: diuaricatũqꝫ atrociter tribus palis affixit. ⁊ Paryſatis diu

nimis hominē amat quia filium hominē ſe eſſe oblita eſt.

De Agrippina Do. Neronis matre.

Grippina Domitij Neronis mater dum ambitioſe nimis impe
A rium illi aſtruit: Chaldeos ſcitata an imperaturus eſſet filijs: fu
turū comperit vt is demū imperaret. verum ita: vt matrē inter=
ficeret. interficiat inquit modo imperet.

De Romanis matribus.

Sed quam ambitioſa hec in filio ornādo: tam vna atque altera Ro=
manarū matrum incauta in ſubito leticie hauſtu. Multi bello
punico ſecūdo Ro. legionibus ad Traſimenū et Cannas ceſis
falſo crediti ſunt perijſſe. eratque nōnullorum vita iam temere de
plorata: quū repente matribus oblati tantā leticie molem illa
rū animis effudere: vt velut ſubita ruina oppreſſe inter oſcula et comple=
xus expirarint.

De Antiſtie matre.

Nec illud exiguum materne charitatis exemplū. Antiſtie mater
N ob repudium a Gn. Pompeio filie miſſum: mortem ſibi cōſciuit
doloris: et ignominie impatiens.

De Indulgentia et amore cōiugali. Capitulum. v.

De Protoplaſto.

Multa et illuſtria ſunt amoris exempla in iugali copula: atque
ex his quedā cum ipſo homine propemodū nata. niſi eni plus
equo Protoplaſtus Euā adamaſſet: nunquam ſciens volenſque
diuina lege aberraſſet: nocuit auctoribus dira preuaricatio:
nocuit et poſteritati. eſſet pars vite lōge optima mutua cha=
ritas: ſi homo ſemper ea vellet: que honeſta ſunt. aut ea da=
rentur: que iure dari poſſunt: nihil obſequio preter bonum et equū tuente.

De Sanſone viro fortiſſimo.

Fuit Sanſonis viri fortiſſimi nihil obſcurū in Philiſteam cō=
iugem obſequium. cui niſi nimiū indulſiſſet: nunquam illius proci
enygma illud de leone: et aptum mellificatiōe magna viri indi
gnatiōe interpretari potuiſſent. vnde fremitus et vox illa eſtuē
tis animi: nihil fallacius femina.

De Salomone.

Minor hec culpa: quam que Salomonē mortaliū ſapientiſſimū a ve
M re pietatis cultu nequiter abduxit. in illo cuius nuper memini:
ingenij fama periclitari: in hoc īmortalis anime ſalus. quo no=
bilior eſt: eo hec multo quam illa fuit nocentior indulgentia.

De eodem.

Mirum videri poſſit hoiem ſuprema ſapientia: ac ſupra faſtigiū
M humanitatis collocatū adeo iugalibus illecebris ſuccumbuiſſe:
vt relicta luce tenebras ſit ſecutus. ſed homo fuit Salomon: etſi
ſapiens: humanus tamē: cuius proprium eſt labi. ſed lapſus ille fe=
lix: qui demum corrigi potuit.

De Abigale.

Stolidum et peruicacē ſortita virum Abigal (ſunt enim et amoris
exēpla in cōnubio multa: et illuſtria) coluit tamē eum inſigni chari=

tate. cui cum Davidē iratum cognouiſſet: ⁊ ad illius exitiū cum armatoꝝ cohorte appropinquare. obuiam prudens mulier cum magnis muneribꝰ illis facta eſt: adeoq; pre ferocis ⁊ irati iuuenis animū circūegit: vt ex ini mico cōfeſtim David amicus illi: et ex hoſte hoſpes ſic factus. ſic qui ho-ſtis venerat: defenſor diſceſſit.

De Job patientiſſimo.

N Ullus tam mutue charitatis maior vnq̄ extitit affectus in cō nubio aliquo q̄ Job patientiſſimi hominū. enimuero vxor ca pillis magno in femina ornamēto ſeſe priuauit: vt in ſumma egeſtate languenti viro ac grauiter affecto panem mercaret: et illum quē non fortunarū amiſſio: non cohors filioꝝ ruina domus obtri ta: non vis illa morbi infringere potuerat: pars vna capillorū coniugi ad empta adeo effecit: vt diem quo genitus eſſet homo alioqui patientiſſimꝰ ſit demum execratus.

De Ethnicis exemplis. Et primum:

De Orpheo.

N Iſi fabuloſa ꝯſectari turpe eſſet: et fides iis abrogaret que ad vitam inſtruendā non ad voluptatē ſcribūtur: ſpecioſum eſſet in hac relatiōe illud qđ de Orpheo canūt poete. nam preterq̄ q̄ ridiculū ſit ꝑdere inferna loca adiiſſe: vt ſuam inde Eurtdi cem reciperet: quod reliquū eſt a fide non abhorret. cōiuge amiſſa ſemꝑ il lius nomē in ore habuiſſe. omnēq; mulierū cōgreſſum eſſe iam inde auer-ſatū. ita vt ſoli vagus flebili cantu luctum et merorē ſolaretur.

De Alceſte et Heroidibus quibuſdam.

SEd tam hec de Orpheo cunctāter referenda: q̄ que de Alceſte et Laodomia fabulata eſt vetuſtas. parem cūctatione merētur que de Didone ⁊ Andromache ſcripſit Maro: nō quia non cre dibilia ſint: ſed q̄ a poeta traduntur: cui nihil credere vult hy-ſtoria.

De Artemiſia Regina.

DE Artemiſie in Mauſoleū defunctū charitate certior fama eſt. extant ⁊ veſtigia nobiliſſimi ſepulchri que fame aſtipulant: fuit id Mauſoleū tante admiratiōi omnibus gentibus quū appara-tu rerū tum opificio: vt inter pauca orbis terraꝝ opera ſit a gre cis et Romanis ſcriptoribꝰ nobilitatum.

De Nino rege.

A Me vero ⁊ q̄ indulgens fuiſſe credendus eſt: vel potius q̄ vxo-rius Ninus Aſſyrie rex. ſi vera ſunt que de eo quidā ꝓdidere: qui ſiue ita venire voluit: ſiue feminā nunq̄ tale facinus auſu-ram credidit: Semiramidē cōiugem regis inſignibꝰ in paucos dies inſtruxit. quā bona mulier occaſionē adepta in regno pſeuerauit. vi-rumq; in poteſtatē redactū non obſequētem modo: ſed imperio etiam in-de habuit obnoxium.

De Dario Rege.

D Arius rex dublici prelio victus ab Alexandro: magnaq; impe rii parte exutus nullum triſticie ſignū dedit vt fertur. Ceterū morte cōiugis audita manu oculis admota nō potuit lachry-

mis temperare.

¶ De Tyberio Graccho.

Tiberius Gracchoꝝ pater duobus anguib⁹ intra cubiculū captis: quū ab oſtentoꝝ interprete diceret̃ fore vt ipſe ſuperſtes eſſet Cornelie vxori: ſi alterius ſexus ſerpens interficeret̃: immo inq̃t meū interficite. Cornelia iuuenis eſt: poteſt per etatē adhuc parere. nec defuit rei euẽtus. certauit cum eo que ſuperfuit cōiunx mutua charitate. tantū enim abfuit: vt poſt Gracchi obitum fuerit cōnubij appetens: vt regias etiam ſi nuptias aſpernata.

¶ De. M. Lepido.

Fuit et. M. Lepidi charitas in vxorē nobilis apud maiores. qui poſt Sylle dictatoris interitū a Catulo diſſentiōe ciuili vrbe electus in Sardiniā conceſſiſſet: audito Epuleie cōiugis repudio: mortem obijt.

¶ De filioꝝ pietate in parentes. Capitulum. vj.

¶ De Tobia Tobie filio.

Extant et filioꝝ in parentes exempla pietatis multa et magna: atq; eo fortaſſe magis cōſpicua: quo viridior etas minus ſenſit hunc affectū: minus religione vlla tangitur ꝙ ſenilis etas: cuius propriū eſt pia et iuſta curare. Thobias Tobie filius: vt paterne cecitati remediū quereret: puer adhuc omniūq; rerum ignarus domo a peregre ꝓfectus celeſtē meruit ducem ſortiri: cuius ductu felix itu puer: felicior reditu preſentiſſimū attulit patri remedium.

¶ De Sem et Japhet.

Nec parum pie feciſſe videri poſſunt Sem et Japhet Noe filij qui vt temulenti patris verenda tegerent (ille enim vini inſolentia: quod prim⁹ vuis expreſſerat: ebrius factus incautus et ludibrio obnoxius decubuerat) auerſa facie iacentē adijſſe dicūtur. ſic itaq; proprijs oculis pepercere: ne illicito aſpectu violarent̃: et alijs ridendi materiā ademerunt.

¶ De Herode.

Herodes ille qui magni cognomen tulit: quū hoſte a tergo vrgente graui comitatu impeditus: noctu per abrupta et difficilia loca iter faceret: materq; anus: et egra animo curru forte excuſſa ac debilitata fugam remoraret̃ de manu ſibi inferēda ſepius cogitauit: ſatius ratus mortē occumbere ꝙ matrē hoſtibus deſerere.

¶ De Cheldiberto et Clotario Francoꝝ regibus.

Inſignis hec hebrei hominis pietas in matrem: Sed multo inſignior Cheldiberti et Clotarij fratrū: qui regia Francoꝝ ſtirpe orti atq; ipſi reges quum de regni poſſeſſione inter ſe armis diſceptarēt: eſſentq; acie dimicaturi: Crotochilidis matris interuētu primo ferrum inhibuere maternis precibus et lachrymis moti. inde non ſolum prelio abſtinuerūt: ſed cōcordes facti mutuo ſe complexi ſunt.

¶ De Leone Imperatore.

Leo Imperator Cōſtantinopolitanus imperiū a Leone auūculo ꝑ manus acceptū: quū pacate regeret: ocioq; et opib⁹ floreret: Zenoni

Iſaurico patri ſuo ſponte tradidit habēdum. indignū (credo) ducens nefariū filium imperare: vbi pater priuatus ageret.

¶ De Roſimunda Baldoini regis vxoꝛe.

Habent et mulieres illuſtres in hac parte ſua exēpla: nec adeo vetuſta: et ob id foꝛtaſſis iucūdioꝛa relatu. Iunxit ſibi vxoꝛem Baldoinus Longobardoꝝ rex Comūdi lepidarū regis filiam: quem bello victum iterfecerat. miſitq; huic regio cōuiuio admote: quū foꝛte Verone eſſet: incaluiſſetq; vino Comūdi patris caluam: qua moꝛe gentis pꝛo poculo ſolēnibus cōuiuijs vtebat: iuſſuſq; eſt miniſter reginā hoꝛtari vt cum patre biberet. Pſtrinxit Roſimūde animū (id enim fuit illi nomē) intēpeſtiua paterne cedis exprobꝛatio. vltionēq; ſecū meditata virum haud multo poſt domeſtica fraude ſuſtulit: ſuboꝛnato illi pcuſſoꝛe.

¶ De Ruſticana.

Si non tam acrociter: non minus pie tamē Ruſticana Romana mulier vlta eſt patrem Symachū quem Theodoꝛicus rex Gothoꝛū cum Boetio eius genero interfecit. fuit hec poſt regis interitum ſuis ciuibus auctoꝛ: vt ab abolēdam barbari memoꝛiā eius ſtatue tolerētur e medio. id poſtea facinus maieſtatis accerſita apud Totilam eiuſdē gentis regem: nō ſolum non inficiata eſt: ſed tam cōſtanter etiam cōfeſſa: vt nihil eque illi ꝓfuerit ad ſalutem ac cōſtantia. quam Barbarus miratus et ſi cauſam impꝛobaret: tanta tamen indolē venia dignam cenſuit.

¶ De Ethnicis exemplis. Et pꝛimum.

¶ De Enea.

Eneas: ſiquid eminētiſſim⁹ Vates ad fidem ſcripſit: Anchiſem patrē tam pie coluit: vt capto Ilio per medios hoſtes et flammas humeris impoſitū in Idam vſq; montē tulerit: magis inter eundum grato oneri timens q̄ ſibi: aut filio: aut Creuſe cōiugi: que e veſtigio ſequebatur.

¶ De Cimone Athenienſi.

Quid Cimon Athenienſis qua et ipſe pietatem cenſendus? qui vt Milciadem patrem publice damnatū vinculis eximeret: vltro ſeſe carceri obtulit: moꝛtem (vt credere equū eſt) libens oppetiturus: modo patrem piculo ſeruaret.

¶ De Manlio Toꝛquato.

Maioꝛe quadā indole apud noſtros Manlius: qui a Toꝛque Gallo hoſti adempto pꝛimus tulit Toꝛquati cognomē: Manlio patri ſuo ad populū reo tempeſtiue opitulat⁹ eſt. Erat huic dies a Tribuno plebis dicta q filium adoleſcētem ingenuū rus velut in ergaſtulū ablegaſſet. id poſteaq; eſt filio nūciatum: ſub lucem ferro accinctus in vrbem venit: decretoq; petijt Tribuni domū: qui diem patri dixerat. ad quem tanq̄ accuſatoꝛ non vltoꝛ admiſſus: vbi per ſpeciem ſecreti ſolus eſt ſolum adeptus manu faucibus iniecta ſtringit ferrum: iuguloq; admouet iacentis: moꝛieris (inquit) niſi iureiurādo ꝓmiſeris Manliū patris cauſam depoſiturū: ab eoq; ad populū vexando temperaturū. quo Tribunus periculo ſubactus in eius verba iurauit: et quod iurauit pꝛeſtitit magno claro q̄ teſtimonio pietatis in filio erga patrem: quam vel ini-

qui laudarint. ¶ De pio Metello.

M Etellus pro patre adeo afflictum lachrymis et precib⁹ intercesſit apud Ro.po.vt pij cognomen iam inde ex ea re tulerit.

¶ De Antigono Demetrij filio.

EXtitit ⁊ in Antigono Demetrij filio nihil obſcura pietas. qui patris morte nūciata in Syriū nauigauit: eiuſq cineres aurea vrna incluſos Corinthū inſigni nauium apparatu et tibiarū cantū deportauit. ¶ De puerpera quādam Ro.

SUperauit omnē exemplorū eſtimationē Romane muliercule pietas in matrē. intercidit nomen puerpere humili et obſcuro loco orte: fama tamē viget hodie: vigebitq omni euo. aluit hec plures dies matrē capitis damnatā in carcere impetrata a cuſtodibus venia illam adeūdi: veſte tamē ſemper prius excuſſa ne quid ad eam cibi inferret. que res vbi animaduerſa eſt: ⁊ in curiam delata publico decreto pientiſſime filie vita eſt matris cōdonata. et ne tante rei memoria intercideret: vbi carcer fuit: pietatis ara cōſtituta eſt.

¶ De mutuo amore et charitate fratrum. Capitulū. vij.

¶ De Eſau et Iſraele.

M Agnum quidem ⁊ efficax ad rem domeſticā tuēdam ⁊ augendam vinculum mutuus fratrū amor et cōcordia. nam quo illi inter ſe animo eſſe debeant: ipſa vox qua nominātur declarat. habet itaq vita ⁊ in his exempla ſatis memoratu digna. Eniuuero quid eſt Eſau memorabili⁹ qui ab Iſraele fratre hereditate illa: qua nulla fuit vnq ſanctior: fraude depulſus: hunc tamen poſt liminio reuerſum nō modo non auerſat⁹ eſt: conatus de patrijs finibus ꝓpulſare: ſed ſuauiſſime etiam cōplexū charitate pluſq fraterna venientē excepit: ingenite pietatis non iniurie memor.

¶ De Ioſippo Iſraelis filio.

IOſippus qui Iſraelis fuit filius domeſticū id exemplū imitatus: fratres qui ſe puerū vendiderāt vel ꝑdiderant potius quātum in eis fuit: quū in magna charitate annone Egyptum petijſſent: frumenti inde emundi neceſſitate adacti: hoſpitaliter excepit nōdum agnitus: adhibuitq domeſtico cōuiuio. tritici preciū ignaris reſtituit rationem cōmentus accerſendi ad ſe amantiſſimi fratris qui vnus domi ſubſederat: vt de eius quoq icolumitate coram cognoſceret. ¶ De Moſe.

M Oſes Iudaice rei ſummā partitus cum Aarone fratre cum tabernaculo prefecit omni ſacrorū poteſtate in vnum collata. quam poſtea dignitatē ne ille amitteret: oratione et miraculis certauit cum populo. nec prius deſtitit aſſerte dignitatis ſatagere: q id ſacerdotiū fratri in omne vite tempus ſtabiliuit.

¶ De eodem.

PAri pietatis affectu vir ille ſummus ſorori veniam e celo impetrauit: quū iam lepra cōtacta eſſet q immodice lingue femina fratrem libertatis autorem ſeruatorēq populi: probroſis verbis inceſſere eſſet auſa.

¶ De Petro apoſtolo: Et Andrea eius fratre.

Petrus Bariona et Andreas eius frater a deo vterqꝫ alterum dilexit: vt quod vni fuit cordi: fuerit ⁊ alteri. piſcatu ab ineunte etate vterqꝫ vixit. hic retibus relictis Chriſtum ſecus eſt. ſecutꝰ eſt et ille ambo apoſtoli nomen tulere. Ambo Chriſti nomē profeſſi mortem oppetiuere. et vt extrema primis reſponderent: cruci ambo affixi: vt quorum mens ſemper vna fuiſſet: vnus eſſet et exitus.

¶ De Ethnicis exemplis: Et primum. ¶ De Caſtoribus.

Tactat Teramneos fratres Grecia magis pietatis officio ꝙ animorum concordia. hic eques fuit: ille pugil. ceſtibus hic: ille habenis vſus. nec idem exitus. mortalis Caſtor: pollus eternitatem ſortitus eſt. in eo tamen alter memorabilis ꝙ immortalis mortalem vite dimidio redemit. ¶ De Agamennone.

Magnum et egregium fuit id munus ac neſcio an vllum maius eſſe potuerit mortalitatem admittere ne in omne tēpus frater moreretur. fuitqꝫ id multo plus ꝙ vniuerſam Greciam armare: ne fraternus eſſet amor inultus: quod Atridatum maiorem natu feciſſe proditum eſt Decem annos ad Troiam bellauit ne minor frater ademptam coniugem ſine vindice ſuſpiraret.

¶ De Aphricano maiore.

Fuit et maioris Aphricani erga lucium fratrem nō vulgaris affectus. cui vt extra ſortem Antiochus et Syria prouincia decerneretur: Ad bellum graue ⁊ laborioſum gerēdum legatū ſeſe illi obtulit.

¶ De Fuluio Flacco.

Fuluius Flaccus quum multa ope Capuam obſideret: magnaqꝫ virtutis fama ob penum a caſtris multa vi repulſum a ſenatu ꝑ litteras petijt: vt liceret ſibi Romam occurre ad fuluij fratris ſalutem tuendam: cui a Tribuno plebis dicta erat dies: ꝙ ipſius temeritate ad Herdoniam ceſus eſſet. Ro. exercitus. ¶ De Tiberio Ceſare.

Celebris et Tiberij Ceſaris pietas in Druſum fratrē: cuius in Germania extincti Romam vſqꝫ pedibus meſtus ⁊ ſqualore obſitus: eſt cadauer proſecutus. magno amoris teſtimonio in viuum: ſed maiore aliquanto pietatis indefunctum.

¶ De Publio Rutilio.

Publius Rutilius leui morbo impeditus adeo de fratris dignitate ſollicitus fuit. vt in petione conſulatus audita eius repulſa continuo animam efflauerit.

¶ De Intaphernis coniuge.

Nec ſua deſunt mulieribus exempla in fratres. quorū illud maxime memorabile fuit. Intaphernes vnꝰ ex varij ſocijs qui perſarum regnum a Magis fratribꝰ furto occupatum armis vindicarunt: is poſt ſummam rei Dario delatam quum a cubiculi miniſtro regem adire prohiberetur: ira percitus aures illi ⁊ naſum abſcidit. eſtqꝫ ob eam noxam Intaphernes cum omni virili ſtirpe ad ſupplicium arreptus: iacuit eius vxor plures dies ante regis ianuam miſerabiliter prouoluta: cum lachrymis et flebili lamentatione. cuius afflictationē

miſeratus Darius miſit qui illi nunciaret: vt vnum ex his qui interficiēdi
eſſent:ſibi depoſceret.futurum vt illius quem incolumem vellet:ipſius la=
chrymis vitam condonaret.vt vnus aliquis ſeruatus future eſſet orbita=
tis leuamen.nemo fuit cui non perſuaſum eſſet forte vt amantiſſimi coniu
gis aut vnius filiorū ſibi vitam optaret.ſed mulier fratrē depopoſcit:cete
rum iuſſa a rege dicere quid eſſet ꝙ fratrem tanto viro et filijs pretuliſſet.
ſum inquit ego rex adhuc iuuenis:poſſumqꝫ proinde iterum et nubere et
parere.frater parentibus ſenio confectis ſi ademptus ſit reſtitui non po=
teſt.qua voce rex vehementer commotus non fratrem ſolum: ſed et filiū
natu maximum illi reſtituit. ¶ De Claudia Veſtali.

C Laudia veſtalium vna quia frater a Tribuno plebis triumphare
prohiberetur:cum eo currum aſcendit ſacerdotio freta.ceſſit ſa
cro ſanctus magiſtratus religioni que eo die verius q̄ꝫ impera
toris virtus triumphauit.

¶ De fide et Charitate ſeruorum erga dominos Ca.viij.

C Arum vere dicitur(vt arbitror)nullā inter homines fidem poſ
ſe coaleſcere: niſi inter eos qui ex equo viuunt tanq̄ꝫ ita ſit na=
tura comparatum:vt qui ſeruitutem ſeruiunt:cum eis:in quorꝫ
mancipio ſunt:animo diſſidere oporteat:vel quia ſeruire nolit
mens dominis:aut quod imperrare neſciat.ſed contra ſummi viri ſummo
qꝫ loco nati tam pulchre ſeruierunt: q̄ꝫ et conſtanter antea quum regarēt
imperitarunt.famulatus eſt(ad id quod attinet)annos quattuordecim iſ=
rael Labani auunculo ſuo ſpe connubij quum ſeptem debuiſſet.ſi Lya que
dabatur: placuiſſet.pertulit itaqꝫ longum ſeruitiū vt Rachele potiretur.
fuitqꝫ famulatus ille voluntarius.nō coactus et ob eam rem fortaſſe mi=
nus grauis.ſed nihil habuit ſeruitus illa pulchrius tollerantia.q̄ vtiliter
omnibus vite partibus accomodatur.huic vero de qua nūc ſermo ē vtiliſ
ſime. ¶ De Joſippo.

S Ed q̄ꝫ patiens fuit hic cuius mentio proxime facta eſt:tam pfe=
cto ac neſcio an plus etiam Joſippus eius filiꝰ in Putipharē
apud quem ſeruiuit:fidelis a quo in Egypto emptꝰ ſtuprīqꝫ ab
eius vxore ſepius appellatus:in carcere et vinculis eſſe maluit: q̄ꝫ herilem
domum adulterio polluere. ¶ De Anu Ebronitana.

N On tulit ſeruitij nomen anus illa Ebronitana:fuit tamē nihilo
ſecius ſerua quia ſub rege eſſet:regeqꝫ ſuperbiſſimo ac tyranni=
ci ſpiritus.oraculo tamen edocta fore vt poſtridie illius diei.
Saulus rex cum filijs eo prelio caderet: quod cum Philiſteis
inſtabat:iacentem ⁊ afflictum regem conſolata eſt ſaginatūqꝫ
illi vitulum appoſuit:vt non ſolum animum ſed affectum etiā corpus refi
ceret:magis priſtine q̄ꝫ preſentis fortune memor.

¶ De Dauide Rege.

Q Uod ſi ſeruire iure dicuntur:qui ſub rege ſuperbiſſimo ſunt:q̄s
in ſuum vnq̄ꝫ fuit dn̄m maiore q̄ꝫ Dauid fide in hūc ipſum regē:
quem mox paulo periturum Ebronitana anus tam honorifice penes ſe
habuit?erat is Dauidi adeo infenſus vt nullus in tota iudea eſſe locus
ab regis inſectatiōe non illi infeſtus.ceterꝫ quū ſepe regē iniurie obnoxiū

habuiſſet:maluit regie veſtis laciniam recidere:ꝙ ceruicem: ⁊ dormienti vxorum potius adimere voluit ꝙ caput.

De Paulo Nolano Antiſtite.

VErum nulla ſeruitus tam volūtaria fuit ꝙ Paulli Nolani antiſtitis:et ob id fortaſſe omnium maxime celebranda. poſtea ꝙ is omnia ſua Uandalicis temporibus impendit:in Nolanis ciuibus ex Aphrica redimendis:ſeipſum(quando nil preterea reliquū erat) hoſtibus dedit:vt vidue filium redimeret.hic regij cultor horti tam fideliter dextereqꝫ id obire munus: vt merito eſſet oībus chariſſimus. Ceterū nihil eque illi profuit ad gratiā promerendā ac de eius ſanctitate iter barbaros opinio.ſecutaqꝫ diuinatio de futura rerum mutatione.cui cū euentus abunde reſpondiſſet tantū apud nouum regē meruit:vt cum ſuis popularibus libertate donātus:magnaqꝫ frumenti copia triūphanti ſimilis Nolam remeauerit.

De Ethnicis Exemplis.Et primum.

De Hercule.

TEbanus ille Hercules:qui in Amphytrionis eſt filius dictus: ſiue oraculi monitu:ſiue caſu in Lydia(quod ſatis cōſtat)hūiliter ſeruiuit:vt inter cōſeruas pullaria obiret munia: calathū Et penſa tractaret illa victrix dexteraqꝫ omnia orbis monſtra: ſuſtilit. tantū vnum hominē alioqui inuictū mutare potuit: aut neceſſitas aut voluptas.

De Diogene Cynico.

QUalis preterea fuerit Diogenis Cynici ſeruitus. Xeniadis Corinthij:qui tam nobile mancipiū emit:publice vox teſtata eſt.qui rogatus(vt fertur)quem hominem domi emptum haberet:nō hominē(inquit) habeo ſed bonū Genium.qui domum meam ingreſſus ſancte et iuſte ſeruit apud me ſeruitutem.

De Aſdrubalis percuſſore.

AGe nunc et qua fide ſeruiuiſſe putandus ē Barbarus ille in hiſpania:qui vt herū ab Aſdrubale Penorum duce interfectum vlciſceretur: ſummū eius gentis imperatorē obtrūcare non dubitauit ceterū raptus ad ſupplicium atqꝫ acerbiſſime diſcrutiatus: tantū abfuit vt ſignum vllum triſtitie aut doloris dederit: quum varie torqueretur: vt poſt multos cruciatus leticia geſtiens tanꝙ optate vltionis compos expirauerit.

De Philocrate.D. Gracchi Seruo.

QUid Philocrates .C.Gracchi ſeruus .quādo in vllo eius fortune tam euidens apparuit fides? ſiquidem Gracchus ciuili ſeditione ex Auentino deiectus amicorumqꝫ fauore deſtitutꝰ in Tranſtyberinā regionem fuga delatus:vbi ſenſit percuſſores adeſſe: pectus Philocrati ſeruo obtulit ferro hauriendū.paruit ille.Ceterum ferrum ex herili corpore eductum confeſtim in ſe uertit: mortemqꝫ ſibi cōſciuit:ne cadēti domino ſupeſſet.q ſiue ſic cōſiderit.ſiue vt fertur,ex herum cōplexus ab eo diuelli nequiuerit niſi multis vulneribus cōfuſſus certe nō vulgare dedit fidei exemplū:qui nō modo nō ſupſtes domino eſſe voluit: ſed ne cadentē quidem videre potuit.

¶ De .P. Catreno Philotimo.

P Ub. Catrenus Philotimus nō ſeru⁹ ſed iā libertate donatus ⁊ omnib⁹ bonis relictis heres: ita tamē fuit erga patronū effect⁹: vt in defuncti rogū: doloris impatiens ſeſe coniecerit.

¶ De Seruo quodam.

N Ec illa vulgaris fides in ſeruo: qꝫ Triūuirali cōſpiratiōe pſcriptorū quēdā fideliſſim⁹ ſeru⁹ ſepulchro texit: quo ad ipſe ad mare occurreret: vt nauigiū ad fugam expediret. mox inde reuerſ⁹ herū interfectū inuenit: ſed adhuc paululū ſpirātē. tum ille ſuſtine (inquit) here: et hoc vide: vibratoqꝫ ferro turmarū ducē qui ad cedem venerat in veſtigio obtruncat. mox ſuum hauſit pectus inclamans: et hoc ſolamen mortis accipe.

¶ De peculiari Studio: Et morib⁹ diuerſaꝝ familiaꝝ. Ca.ix.

D Uplex cura exercuit omnē Protoplaſti progeniē vt diuine teſtantur littere: hec vocum quibus res ſignificarentur: altera vero artium ad vſum vite cōminiſcendarum. veꝝ tā etſi nominū inuentio ad primū parentē referatur: credere equum eſt: non quum ſolus adhuc ille eſſet: multum opere in ea re poſuiſſe. ſed poſtea ꝙ filijs ⁊ nepotibus eſt auctus tum cura aſſidua ⁊ ſtudio effectum: vt oīa ſua voce ſignarent. vt cōmodi⁹ inter ſe agerent mortales expreſſiuſqꝫ cognoſcerent omniū deſideria. ſecuta nec longo interuallo recentior cura excogitandarū artiū. quod ſtudiū peculiare fuit is qui a Protoplaſto lōga ſerie procreati ſunt vſqꝫ ad Catacl yſmi tpa: quin ⁊ litteraꝝ inuentio ad hos referenda eſt ſi vera ſunt que de duabus colūnis prodita ſunt memorie: quibus ante diluuium conſtitutis totū illud de mūdi origine ⁊ eius cōſummatione arcanū primi illi mortales exſcripſerint.

¶ De domo ⁊ familia Noe.

F Uerunt hec primeue illius domus propria: at ſecundarie cuius Noe fuit auctor: propagande gentis ſtudium. ex nulla vnqꝫ regione domo ve tot Colonie aut plures in colonias miſſi ꝙ ex ea terra quā Noe ⁊ illius ſucceſſores poſt diluuiū tenuere: nulla pemodū regio eſt in terris: que aut nō primū ſit ab his culta: aut recēti cultu non inſtaurata.

¶ De Jacob et eius domo.

I Am vero iſraeli ⁊ filijs preter cetera: domeſticū et peculiare fuit oues paſcere. Paſtor fuit Jacob quū iuuenis eſſet ⁊ filij paternum ſtudiū ſequuti: tam etſi multi numero: preter vnū tñ aut alterū ceteri paſturā exercuere: adeo vni deditī: vt in Egyptū profecti eam potiſſimū regionē p Joſippum a rege impetrarint: que rei eſſet pecuarie precipue idonea.

¶ De Dauidis domo: et familia.

N Ihil fuit Dauide ſanctius: nihil Salomone ſapientius: nec tamen domus vlla atrocioribus pluribuſqꝫ ſugillata eſt probris. vt Dauidis iuuēta diſſimulet: ſoceri ſeuitie et furori obnoxia: vt mutue filiorū cedes: adulteriū parricidio auctū: filiorū ſtuprum: Abſalonis defectio: domeſticū belle ⁊ cōtentio de ſumma rei: et mox Salomonis preuaricatio

regni ſciſſio. vt nulli regum lares atrocius ſint a domeſticis vexati. nulli ab externis gentibus ſanctius et venerabilius culti.

¶ De Machabeorũ domo.

MAchabeorũ domus nil habuit antiquius ꝙ hebraice gentis cultum ⁊ pietatẽ a maioribus acceptam a tueri. hinc certamẽ illud perpetuũ cum Syrie regibus ⁊ finitimis gentibꝰ par tot vnius familie duces multis ⁊ varijs cladibꝰ diſtractũ. vt pene plures duces domus vno tulerit paucorũ annorũ ſpacio: ꝙ omnibꝰ etatibꝰ vniuerſa Judea habuerit.

¶ De Francorũ regum familia.

FUit diu Francorũ regum domus Ro. Pontificibus profugiũ. nulli Chriſtiani nominis reges impẽſius fauerũt Apoſtolice ſedi: ꝙ Pipinus ⁊ Pipini Carolus filius: qui magni cognomen tulit. eius poſteri res Pontificũ pronas in lapſum ne ruerent ſepius texerunt: aut maiore ſtudio exercuerũt afflictas.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum. ¶ De Egei domo.

SEd ꝙ cõſtans fuit ſtudiũ regie vnius intuenda humane pietatis arcc:iam leue ⁊ incõſtans Egei et eorũ qui ab Egeo fuere in hoſpitali iure colendo ⁊ ſi de hoſpitibꝰ preſtanda reliquit Ethram pregnantẽ Egeus Medeã expulit. Theſeus huius filiꝰ Ariadnam domo abductã prodidit. Helenam rapuit: Amazonẽ pemit. Demophoon quẽ Theſeus ꝓcreauit: Phyllidam relictã ad mortem cõpulit: dubium fato an cõſilio ſit toties fides et amor ab vna familia leſus. nulla (vt vere dicit) domus aliquo cõtenta fuit exemplo.

¶ De Cadmi domo.

MAgnum flagitium ⁊ deteſtabile ad alienam pniciẽ amare: verũ hoc minus atrox ꝙ Cadmee domus diſſidium: diruſq; in ſuos ſeuiẽdi furor. nulla vnꝗ regia tot ſeuitie monſtris cõuulſa eſt. nulla ſua ipſius iniuria atrocius afflicta. exilia fuge: precipitationes. nocturni terrores: mutue cedes: Tragici laniatus. ſenſit demũ fraternus rogus infauſte ſtirpis Genium: flammarũ diſſidio diritatẽ gentis teſtatus.

¶ De Barchina domo.

MAgnum ⁊ inexpiabile fuit Barchine domus in Ro. nomẽ odiũ: et quod niſi cum exitio ⁊ interitu finiri non potuit. obijt Amilcar olim hoſtis Ro. po. et mox futurꝰ ſi vita ſupfuiſſet. perierũt Hamilcaris filij hoſtes atq; omniũ infeſtiſſimus Hãnibal: qui venenũ hauſit ne Romanũ ferret. ſic aliquãto prius Sophoniſba eiuſdẽ gentis: ſic Haſdrubalis vxor capta Carthagine ſatius rata mortẽ cum filijs occumbere: ꝙ Scipioni cedere.

¶ De Arſacidarum familiarũ.

IMpius et deteſtabilis mos: verũ quia ſingularis: idcirco fortaſſe referendus. in Arſacidarũ gente parum legitime regnare credebatur qui nõ ex inceſto matris filijq; concubitu cõceptus eſſet. tantũ ritus moſve aliquis quoquo modo receptꝰ valet: vt quod apud alios nefas ſit cogitare: nõ feciſſe apd quoſdã ꝓbri ſit ⁊ ignominie.

¶ De Claudiorum familia.

Appie familie gentile ⁊ hereditariũ fuit Romanã plebem odiſſe. quo affectu imbuti pncipes eius gentis tam cõtumaciter cũ plebeis magiſtratib⁹ certarunt: vt ne rei quidẽ ad populũ ſubigi potuerint ex his quidem hortatu aut precibus ſuorum: vt ad inuidiam leuãdam veſtem mutarent. ¶ De Curionum familia.

Ut his odium et perpetuũ certamen cum vno ciuitatis ordine cure fuit: ita Curionũ genti eloquentie ſtudium. Nam tres cõtinua ſerie fuerũt in vna domo clari oratores: et in his Curio qui Ceſarianarũ partium factus ciuili bello ſecundo ad Bagradam in Aphrica mortem occubuit.

¶ De Metellorum familia.

N Ec metellos ſuum defecit ſtudium et mor quidã affectandi cognomina vel ex ignobili victoria. hinc Numidici: Balearici: Cretici: Macedonici in eadem familia appellatiões. que ſi cum vna quam ex Aphrica victa tulit Scipio: quam frater ex Aſia: conferant: ⁊ ſi multa numero facere non potuerũt equilibrium.

¶ De domeſtica diſcordia. Capitulum.x.

¶ De Cain et Abele fratribus.

O Mne ſcelus et flagitiũ primus cum hoĩe ortũ videri poteſt: ſed hominis culpa nõ nature cõtemptus numinis: ambitio: liuor: et emulatio: inuidie alumni: ipſum terre genium recentẽ et ſanctũ cõtinuo fedauere. nihil erat adhuc homini ad qđ inuidia liuentes oculos attolleret: nec tamẽ defuit illi materia cõmittẽdi in ſe fratres vt quũ duo Protoplaſto filij eſſent hunc emulatio armauerit in perniciẽ alterius. ortaq; eſt nefaria cedes ex Judea. quod ſcelus non tantũ obfuit penatib⁹ recenti adhuc mundo cõtinuis inexpiabili cede imbutis: ſed omnem poſteritatẽ vſq; ad Cataclyſmũ in perniciẽ traxit. ſiquidẽ intẽpeſtiuo vnius exili oblita eſt vita ſue originis: arcaniq; myſterij expers facta. quo ad aquarũ innudatio auctores culpe: et qui auctorib⁹ acceſſere: cum vniuerſa terra obruit. ¶ De domo Noe.

Exit Chaim in exiliũ patris ira: peperitq; id diſſiduũ terris tenebras Cimmerijs obſcuriores. quibus humanũ genus ſemel immerſum nũq; tam inde deſtitit a ſeipſo diſſidere: vt ad eã lucem quã ſemel amiſit: et ſi chriſti predicatiõe receptã: etiã num pars hominũ multo maxima caliget.

¶ De Salomonis domo.

Reliquit filio Salomon rex moriens magnũ et opulentũ regnũ. ceterũ domeſtica diſcordia diuiſum iam inde in peius abijt. grauiterq; inteſtinis cladib⁹ acciſum eo venit: vt finitimis oĩbus fuerit ludibrio. ¶ De Dauidice domus diſcordia.

P Otuit his documẽto eſſe auite dom⁹ diſcordia. enĩuero dauid rex a filio regio ſolio vrbe deiectus coactus eſt cum ſuis hoſtiliter dimicare. regnũq; ignominioſa fuga ⁊ Abſalonis cede deformatũ nõ tam humana eſt receptũ q̃ celi puidentia.

¶ De Ariſtobulo et fratre.

Sed nullã magis domũ afflixit id malũ q̃ Ariſtobuli iudeor regis

et fratris.qui dum inter ſe de regno hoſtiliter diſceptãt:regnum ⁊ vrbem in qua nati erant:ꝑdiderũt:⁊ quod malorũ cumulo acceſſit: auguſtiſſimũ templum qđ in vrbe fuit:bello ꝓphanatũ eſt magnaqꝫ ex parte dirutum.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Pelopidarum domo.

SUnt ⁊ aliarum gentiũ feda in hac parte monumẽta:atqꝫ eo fortaſſis fediora: quo minus in his religionis fuit: minorqꝫ numinis reuerentia.eſtqꝫ pelopidarũ domus omniũ atrociſſime his malis cõuulſa: Atreo et Thyeſte diſſidẽtibus. nihil vetus autẽ recens Scena habuit deteſtabilius ꝙ monſtrifica exempla q̃ ex ea domo ꝑfecta ſunt: ſi poetica fides recipiat. exijt fraternus ille furor in nepotes vt regia cõiunx inceſto amore ſaucia non viro pepercerit: non filius matri.

¶ De Eteocle ⁊ Polynice.

PAribus propemodũ monſtris:ſed euentu adhuc atrociore cecidit vetus Edipodis regia.armauit dira regni cupiditas Eteoclem ⁊ Polynicem fratre: vt alter alterum auito ſolo ⁊ patrio deturbaret.nec hactenus malũ quieuit.de ſumma quoqꝫ rei armis inter illos dimicatũ.Uerũ dum ambo vincunt: vterqꝫ victus eſt.mutuis ambo vulnerib9cõfoſſi ſeipſos et regnum prius a patre perditũ perdidere.

¶ De Cambyſe rege:et fratre.

FUit eadem peſtis ꝑſicis rebus aliquãdo exitio.Nam Cambyſes Cyri filius dum virtutẽ et robur fratris plus nimio odit: capitaliterqꝫ huic quẽ oderat inſidiatur:nequiſſimis ſeruis fecit aditum ad ſuũ abſentis regnum occupandũ fratre e medio ſublato.excidit itaqꝫ regno ſua potius ꝙ fratris culpa:⁊ dum domeſticã fidem ferre non poteſt:alienam tulit perfidiam.

¶ De domeſtica duorum regnorũ diſcordia.

COnuulſa ſunt duo finitima regna ac grauiter affecta domeſtico hoc veneno. Ptolomeoꝝ regia in Egypto ⁊ Antiochi ſucceſſorũ in Syria. fediſſimis vtraqꝫ domus cedibus Tragiciſqꝫ exemplis ob inteſtinam diſcordiã ſugillata.et in his reginarũ ſcelera que ſeuitia et omni monſtrorũ gñe ne viris quidem poſt habende ſint. ſed Cleopatra omniũ teterrima. fuit hec vna ex his que vetuſtiore mẽoria in Egypto regine nomen tulerũt.matrẽ hec toro expulit.filias viduas fecit alterno fratrũ matrimonio virilis ſtirps liberos vnũ in exiliũ egit: alterum interficere conata eſt.cui poſtea ſuoꝝ ſcelerũ debitas exoluit penas.

¶ De eodem regno.

HUius filia Seleuce Cleopatrã ſororem in Syria occidit inuito renitẽteqꝫ marito.⁊ quod omniũ maxime fuit deteſtabile:quia a ſimulachro dee:ad quam cõfugera:non poterat regia mulier abſtrahi:brachia iuſſit amputari.polluit eandẽ regiã altera Cleopatra que Antiocho nupſit filij cede quem interfici iuſſit:ꝙ non auctor ab eo facta eſſet recepti diadematis:alteri venenũ miſcuit. ſed exitium qđ alteri parauerat:in eius caput vertit:id a filio bibere coacta.

¶ De Tarquinij Regia.

TUlit ⁊ Romana regia diſſidium ſatis per ſe atrox et calami-
toſum: ſed exitu impium ac dirum ſuſtulerūt minor Tullia et
maior: Tarquiniorū fratrem hic: illa ſororē: vel potius vterqꝫ
cōiugem. idem furor regem ſenio cōfectum ſolio deturbauit.
deturbatū curia deiecit: deiectū et exanimē impie filie calcauit
currus. verum ſoceri manes a genero breui penas exegerunt: patris vm-
bra a ſcelerata Tullia. ambo enī cū filijs regno eiecti exulare coacti ſunt:
regnumqꝫ male partū maximo omniū exemplo amiſerunt.

Tertij exemplorū libri Finis.

¶ Marci Antonij Sabellici exemplorū liber Quartus.

IRoperto adhuc ⁊ velut intra parietes domorū verſata eſt
exēplaris hec rerum explicatio. nūc demū in publicū egre-
ditur: vt tanqꝫ in cōcione ſtans aut aliqua eminētiore ſpecu
lata totam ciuitatis faciem cōſideret: qua vite pars multo
maxima continet: abſolutaqꝫ virtus. et quia nihil in huma-
nis eſt ſanctius religione. nihil homini tam propriū ꝙ pie-
tatis cultus: non abſurdum ſit arbitror de ipſa re primū dicere. in qua illa
ſubit reputatio ꝙ quū ingenita ſit oībus gentibus religionis cura: tam
multiplex ſit via inita colendi hoc quod cultu ⁊ veneratiōe dignum mor-
tales autumāt. vt nulle ꝑpemodū due gentes eūdem ſacrorū ritum ſimul
ꝑbauerint: aut a maioribꝰ probatū per manus acceperint. quin alij alia
via ingreſſi quem ſemel ſortiti ſunt ſacrorū ritum: hunc ⁊ omniū optimū
longeqꝫ veriſſimū tueri ꝑſeuerauerūt. verū quū innumere ſint ꝑpemodū
vie: que religionis noīe a mortalibus teruntur: quam Protoplaſtus a prin
cipio liberis ⁊ omni poſteritati ꝑpoſuit. omniū rectiſſima eſt longeqꝫ tu-
tiſſima cenſenda. nam hec ad veri numinis ducit aram. nec id arcanū an-
te ſalutis annos Iudee fines (quod iure aliquis miretur) eſt tranſgreſſum:
dubium ꝑuidentia an caſu an potius gentis inſtituto. nulla enī fuit gens
vnqꝫ in terris ſue religionis tam tenax ꝙ iudei. nulla rurſus aliene tam
magis negligens. indubitato veritatis argamēto ꝙ ſoli omniū tenuere.

¶ De religionis inſtitutione. Et primum. Cap. j.

¶ De Moſe.

T quādo vnius gentis īprimis religioſe mentio ſua ſponte
incidit: Moſes dux eorū ſummꝰ quia populū ductaret ne rei
A diuine cultus pretermitteretur myſticam virgam ⁊ tabernacu-
li quod deo optimo maximo ſacrauit: Aharoni curam attri-
buit: vt in deſertis ⁊ deuijs terris ſuus numini honor redde-
retur. nullū ratus (vt credere eſt) hominū cetum ſine religione eſſe oporte
re. ac niſi deꝰ preſens ſit volenſqꝫ hūanis interſit rebus: ludibriū eſſe quic-
quid homo cogitet. non conſilium.

¶ De eodem Moſe.

EIuſdem eſt ⁊ illud quod ad religionem ꝑtinet. altare ſacerdos
mancus nō aſcendat ſacrorū cauſa: alendus tamē templi obla
tionibꝰ. puerpera ante diem quadrageſimū ſi marē ſit enixa. ſi
alterius ſexus: bis totidem dies ſacro arcebitur. agrorū fructus
et fetus animaliū quinquageſimo quoqꝫ anno Iudea gens ho
ſpitibus ⁊ clientibꝰ cōmunes facito. ſeruitia manu mittito. Iubeleum (id

ſolemne dixerūt ab annorū numero)ſanxit. Tabule quibus diuine leges
erant inciſe: et in federis arca incluſe: vt cum tabernaculo circūagerētur:
biſdena milia hominū legit. Sabbatorū dies tam religioſe obſeruati: vt
ne ad defenſionē quidem ſuam quicꝫ illis parare fas eſſet. que res mate
riā prebuit ſepe hoſtibus in eam gentē ad libitū graſſandi. quippe que ſa-
tius duxerit priuari vita: ꝙ ferrum contra religionē tractare.

¶ De Chriſtiana religione.

Etulit ex his quedā xp̄iana pietas que ab illa defluxit: plura
et meliora excogitauit relatu nō indigna quia ſcitu vtilia. vt
R ſanctū eſſet ⁊ inuiolabile ſacerdotiū: qui huic vim feciſſet: pio
rū cetu excluderetur. pari cura datū vt hic ordo primū inter ho-
mines locū ſortiretur. magiſtratus ⁊ reges ſacerdotibꝰ cederēt
loco. nulli cogere aut capere fas eſſet: niſi pontificis permiſſu.

¶ De Euchariſtia.

Tam rite hec ſancita: ꝙ illō abrogatū: ne aīales hoſtie veteri in-
ſtituto mactarentur. ſanctior ritus quē diuina inſtituit ſapientia.
vt panis quē myſtice paleſtinus ſenex obtulit: ⁊ vinum modico
verborū complexu (carmen notū eſt: et ſi ꝓphanis parum vulga
tum) in corpus et ſanguinē tranſirēt: cōficereturqꝫ ſacramētum: quo neqꝫ
maius: neqꝫ ſanctius ſit vllum: nec maiore veneratiōe dignum.

¶ De ſanctione matrimonij.

Eſt ⁊ repudium ex cōnubio ſublatū: vage libidinis inſtrumentū
fomeſqꝫ domeſtice diſcordie. vt hereſeos damnati et ipij i ꝓpha-
no ſepelirentur. ⁊ qd̄ oīm maxime fuit ſalutare: nihil ſibi ꝑmiſit chri
ſtiana religio: et qd̄ a voluptate non ſit ⁊ vitio alienū. vt qui hic
legitime viuat : is hoc vite īſtituto ſit multo deo ſimilior ꝙ homini.

¶ De Ethnica religione. Et primum.

De ea quam Ro. habuere.

Contra nulla fuit aliarū gentiū religio non aliqua ex parte con-
temptu et riſu digna: qr delirio et diritati ꝓxima. niſi Ro. ciui-
tas: que arx fuit ⁊ caput humanarū gentiū: ſcite preclareqꝫ feciſ-
ſe dicatur: ꝙ Soricis occentū tam religioſe obſeruauit: vt is audi-
tus Dicturā et magiſteriū equitū ſūmis viris ademerit.

¶ De Simulacro Idee matris.

At illō pie inſtitutū dixerit aliquis: vt ſimulachrū idee matris
ꝓbroſis verbis: quū propitiatū numen voluerūt: proſequerentur
ſacerdotes ad Almonē vſqꝫ fluuium. et que ne impudica quidē
femina equis auribus audiuiſſet: alta claraqꝫ voce in hymnis:
qui illi canebantur: audiente populo in deorū matrem iactarentur.

¶ De Ridiculis inſtitutis.

Itto ꝙ Febris et pallor inter deos recepti ſuum in eadem vr-
M be cultum tenuere. ꝙ vero nudo corpore Luperci vagarentur ob
uiamqꝫ turbam cederent loris: inſanientiū non religionē colē
tium. Ceterū ꝙ ſerpens ex Epidauro aduectus ſalutaris fue-
rit ciuitati malorū demonū preſtigijs iure imputatur. quibus prepotēs alio
qui populus tam ꝓdite ſeruiuit: ꝙ humanis gentibꝰ fortiter imperauit.

¶ De druidarum Ritu.

Quid Galli? q̃ dirus ⁊ execrabilis eius gentis ritus? in quibus Druide humanas hoſtias aris admonebāt.tanq̃ illi homini ꝑ pitij eſſe poſſent dy:per quē innocens homo vita priuaret.

¶ De Scythice Diane Ara.

Fuit ⁊ Scythice Diane ara nihilo mitior:qua hoſpites mactari cōſueuerūt.dira religio: et que hoſpitalis iura vinculū inter homines ſanctiſſimū tulit. tanq̃ eſſe parū eſſet hominē violare:niſi in vniuerſum vita ipſa violaretur.

¶ De Barbarico Minerue ſacro.

Voces licet non delirū ſolum:ſed dirū etiam q̄ in parte aphrice quodā minerue ſacro indigene puelle. fuſtib⁹ inter ſe certabāt cum corporū ⁊ ceruicie.graue ⁊ infeſtum numē.quod magis cōlentiū ſupplicio gaudeat:q̃ pietate et officio.

¶ De Egyptiorū religione.

Quid Egyptius portentorū mater:an ⁊ hec ſane fuit mentis:que in hortis ſibi deos inuenit? Nam vt Apis: Ibis:⁊ Crocodilus aliaq̃ monſtra animaliū ſilcant: cepas et alium religioſe colere nil aliud certe fuit q̃ deſipere.

¶ De Lyndij Herculis Sacro.

Vnum preter cetera exemplū arguit prophanarū gentiū ſtultitiam:vel potius inſaniā.Lyndio ita Herculi ſacrificari ſolitū: vt qui ſecanti extra aſtarent:diras in illos imprecatiōes emitterent:pbroſiſq̃ vocibus inceſſerent.fuiſſet ſane multo ſatius Herculi omni ſacrorū cultu priuari: q̃ tam ignominioſe obſecrari. ¶ De religionis affectu. Capitulum.ij.

Magnum et laudabile honeſta precipe. ſed pbabilius ea ſeruare que preceperis.pie ſancteq̃ illos feciſſe nemo dubitat qui diuinū ab initio cultū non ſtrauere.ſed ſancti⁹ qui mon ſtratam pietatis ſemitam rite tenuere: eſt enim facile precipere: at preſtare difficile. qualis in tribus pueris Hebraice religionis obſeruatio. qui quū ſcirent ꝑphetica voce dictū dominū deum tuū adorobis:in caminū ignis conijci maluerūt: q̃ Aſſyrij regis ſtatuā adorare.digni qui innoxiā fuerint flammā experti.quiq̃ periculo ſeruati hymnū deo ſeruatori cecinerint. ¶ De Dauide Rege.

Antiquior Dauidis memoria. is quū arca federis Hieroſolyma importaret cum tripudio ad cantum cytharevt priuatorū vnus pōpam preceſſit: tanto religionis affectu: vt ab vxore ſit poſtea cauillo exceptus:q̄ dum ſaltaret parum diligenter pudenda corpori:texiſſet. ¶ De Chriſto.

Docuit ad hec veritatis magiſter:qui ipſa veritatis poti⁹ ſuprema q̃ ſapientia nō pena:nō premio hoiem ſubigi oportere: ne a precepta religiōe aberret.neq̃ ꝑcipiti ruina territ⁹ neq̃ terrarū oim dñatu.et q̃q̃ ipſius erāt oīa:adduci potuit:vt qd infra deū eſſet: adoraret. teſtatus veniſſe ſe non vt legem tolleret: ſed precepto impleret ⁊ exemplo. ¶ De Martyribus.

VBundat obſeruatiõis huius exemplis chꝛiſtiana religio. innu‑ meri martyꝛio celum adepti ſunt: multi ſerra dimiati: altis alij voꝛaginibꝰ merſi: ignibus cõſumpti: pꝛecipitati trunci: lapidi‑ bus obꝛuti: beſtijs obiecti. omnibꝰ tamẽ res vna fuit cure: vnũ ꝓpoſitũ: ne a pietate deflecterẽt. cuius vera obſeruatio eſt non terreſtriũ admiratio rerum: ſed celeſtiũ cura ⁊ aſſidua meditatio.

De Roberto Francoꝛũ rege.

VNum etiam nũ inter tot illuſtria ſibi locum vendicat exemplũ: et ſi citra martyriũ non minoꝛis tamẽ affectus erga religionẽ Robertus Francoꝛũ rex: qui fuit Ugonis filiꝰ: adeo diligens pietatis fuit cultoꝛ: vt non tantũ omnibꝰ ſacroꝝ intereſſet ho‑ ris: ſed ⁊ hymnos caneret ceu ex initiatis vnus. hinc (vt credi par eſt) con tingit: vt vꝛbium muri qui armato obſtiterãt: ſacris operanti ceſſerint.

De Ethnicis exemplis. Et pꝛimum.

De Timolconte Coꝛinthio.

TImoleon Coꝛinthius qui Dyoniſij regnum euertit in Sicilia: tantũ abfuit: vt poſt clariſſimã victoꝛiam ſit aliquo modo reli‑ gionis oblitꝰ: vt paternã domũ in templi vſum verterit. dignꝰ qui nõ ſolum feliciter cõſenuerit: ſed cui etiam defuncto perpe tuo honoꝛes decreuerit Syracuſana ciuitas: ſepulchꝛumqꝫ in foꝛo conſtituerit.

De Paulo Emilio.

DImicaturus acie Paulus Emilius aduerſus Perſem Mace donie regem quũ pꝛima luce Herculi ſacrificare cepiſſet: nec li taret: religiõe perfuſus. xx. hoſtias vnam poſt aliam mactauit. nec pꝛius ab incepto deſtitit: ꝙ in pꝛima poſt viceſimã certa vi‑ ctoꝛie argumẽta extiterũt. credidit ⁊ expertus eſt Emilius ſine religione nihil a moꝛtalibus feliciter moueri.

De Alexandro magno ⁊ Pompeio.

CEli ꝓuidentia non hominũ cõſilio accidit: ꝙ in Judea duo qui magni cognomen habuere Alexander Macedo et mox Pom‑ peius Hebꝛaice religionis cultum nõ modo aſpernati ſunt: ſed inoffenſum etiam ab omi iniuria pꝛeſtiterũt. hic Hieroſolymis captis a direptione templi militem pꝛohibuit. ille ſummũ ſacerdoti ſibi obuiam venientẽ venerabũdus excepit: ac veluti numẽ quoddã adoꝛauit.

De Coꝛnelio Sylla.

COꝛneliꝰ Sylla dimidiũ Thebani agri Joui Olympio ⁊ Apol lini Pythio conſecrauit: vt ex eius fructibus: pecunie quas ex ipſoꝛum templis ad alendum exercitũ abſtulerat: ipſoꝛum tem plis reſtituerent. non ignarus ſacrilegiũ ſepius vniuerſi exer‑ citus ⁊ imperatoꝛis exitio expiatum. atqꝫ eo grauius: quo tar‑ dioꝛ pena ſecuta eſſet.

De Cõtemptu religionis: et vltione. Cap. iij.

V Erum quia ſepe neglecta religio ſeipſam grauiter vlta eſt: ſitqꝫ talis vltio in plurimis repꝛeſentata: nihil erit (vt puto) a re alie num qñ eo venimꝰ: vt queadmodũ per quos viros ⁊ quibꝰ in lo‑ cis ⁊ qñ religio inſigniter culta fuerit: aut certe non violata: di ctum antea ſit: ita nũc quibꝰ exẽplis fuerit aſſerta ⁊ ab hoim iniuria vindi

cata cõiunctim dicat̃. in quo illud cognitu erit nõ inutile ꝙ atrociter religionis ſanctitas neq̄ loco vno: neq̄ tẽpore: graui ſit vltione defenſa: aut inſigni hoim clade vindicata.

¶ De Salomone rege.

SAlomon mortaliũ alioqui ſapiẽtiſſimus vxoris obſtrictus illecebris a maiorũ pietate deflexit. viui veriq̄ dei cultum dire ſuperſtitioni poſthabuit: lucos coluit: et malos demones. eſt itaq̄ ob eam noxam magnis bellorũ fructib⁹ iactatus. filiuſq̄ opulentiſſimi regni heres relictus cõfeſtim a morte patris ex hui⁹ parte multo maxima cecidit. quod futurũ prophete vox predixerat.

¶ De Ioa Ochozie filio.

LUit et Ioas Ochozie filius ſue impietatis penas. qui quũ vn⁹ ſuperfuiſſet ex omni Dauidis ꝓgenie crudeliſſimo Athalie imperio: quo omnis ſtirps virilis vno die cõſumpta eſt ferro: infanſq̄ furto ſubtractus: occulteq̄ ſeruatus magno populi fauore ſacerdotũq̄ prerogatiua in paternũ regnũ reſtitutus ꝓ inſigni pietate quam deo optimo preſtari potuit: cuius ꝓuidentia regnũ recepiſſet: maiorũ religionẽ aſpernatus extrariã cõplexus eſt: additumq̄ ſcelus ſceleri. Zachariã virũ iuſtum medio templo interfecit: quia peregrinũ cultum nõ ꝓbaret. nec ſegnior pena ſecuta eſt. difficili bello in vrbẽ cõpulſus ignominioſã ſibi redemit pacẽ omni regia gaza hoſtibus tradita. morbo dein attrociter cõflictatus domeſtica fraude dignũ ſua impietate inuenit exitum.

¶ De Ozia.

PAri faſtigio Ozias cõſtitutus quũ regie opes affluerent: floreretq̄ vt ſi quãdo alias iudeorũ regũ quiſq̄: ocio et regali opulentia: malorũ ſeſe demonũ preſtigijs addixit pio ſacrorũ ritu tam ſtulte ꝙ impie neglecto. affuit breui celeſtis vltio. interfectus lepra regnum deponere coactus eſt: et in ſe ordinem redigere. vt qui ex ſummo loco diuina faſtidiſſet: idem in ſordido et humili ab oĩbus faſtidiret̃.

¶ De Nefario Moabitarũ congreſſu.

QUid illi qui in eadem gente eſt. n. exempli hui⁹ memoria multo vetuſtior) non patrio ritu: non religione inhiberi potuere a Moabitarũ mulierũ cõgreſſu cõcubituq̄ nefario? an nõ ipſorũ auctorũ morte prius id ſcelus expiatum dein et cognatorũ biſdenis milibus paucorũ dierũ ſpacio peſtilentia cõſumptis. inſigni documẽto nullam domũ oportere priuata charitate ſcelus admittere. ne quid in paucis peccatũ ſit: in multis vindicetur.

¶ De Achari ſacrilego peculatu.

PErtinet ad vnam domũ exemplũ quod ſequit̃: culpa pene par: vindicta (etſi paucorũ) attrocior. fuerat in Hiericũtis excidio edictum priuſq̄ vrbs caperet̃: vt omne aurũ et argentũ et quicquid precioſe veſtis ex preda cogeret̃: ad ſacrorũ vſum intelligeret̃ coactum: ſed Acharus Charmi filius ſiue ille Azarias fuit: chlamydem auro intextã adeptus cõtra edictum et religionẽ in occulto habuit. rem ſacram in ꝓphanũ vertit vſum. mutatus fauor numinis inditio fuit. Acharus ſceleris cõuictus cum vxore et liberis ab vniuerſo eſt exercitu lapidibus obrutus.

¶ De Iuliano apoſtata.

IUlianus:q̄ imperator fuit:quiq; Apoſtate cognomē tulit:quoniā vera luce temere relicta in malorū demonū ſe tenebras coniecit:nō ſolū deſertor fuit religionis:ſed contēptor etiā et irriſor.homo impius e celo (vt credit) media acie ictus cadens: expertus eſt ꝙ male tuta ſit humana vis:que irato numini obijcitur.

¶ De ethnicis exēplis.et primū De pherone rege.

SUnt ⁊ ꝓphane gentes nō ſemel hāc neglecte religionis vltionē ex pte numinis pmiſſu:ſed malorū fraude demonū. Pheron rex egypti vetuſti nois quum preter religionē haſtā in nilū cōtorciſſet:viſu priuatus eſt.ceterū ꝙ pudendo demonū eſtu lucem amiſerat:tam ridiculo recuperauit:inſtructus oraculo fore vt lucē reciperet:ſi eius mulieris vrina que viri dūtaxat ſui cōcubitu vteret:perfunderētur oculi:habuit ille oraculū in occulto.inde remediū in ꝓpria cōiuge ⁊ multis fruſtra expertus in humilis fortune femina inuenit.hāc igit ſibi matrimonio iunxit Phero:ceteras ad vnam cum cōiuge ⁊ tota vrbe iratus cōbuſſit.

¶ De Cambyſe rege.

MIſit Cambyſes maioris Cyri filius quinquaginta hominū milia q̄ tēplū Ammonis Iouis diriperent cōtemptu (quis neſciatur?) religionis:direptum incēdio fedarent.ſed ingens illo hominum manus quū inter Oaſim ⁊ Ammonios praſa eſſet: ſubita ventoꝝ tēpeſtate priuſꝙ ad locū veniret: arenaꝝ cumulis obruta eſt:vt nemo ex tanto agmine ſit nuncius repertus.ex proximis tamen arenarum accolis eius rei fama ad poſteros manauit.

¶ De Gallorum ſacrilegio.

SUnt ⁊ Gallij q̄ cū Brenno Greciā inuaſerunt experti ꝙ humane opes parū valeant aduerſus religionem.Enimuero Barbari Delphicū tēplū oppugnare adorti:vt eius donaria diriperēt: prodigioſa tēpeſtate terroreq; lymphatico perculſu precipites ad ima mōtis in multa corporū ⁊ armoꝝ ſtrage cōpulſi ↄcepti penas ſceleris luerūt.

¶ De eodē Cābyſe rege.

Redit Cābyſes:de quo primo eſt loco mēoratū:eodem ferro cōſumptus quo Apim in Egypto violarat:ſed malorū id ſchec ma fuit demonū:ne ex ijs tenebris in quas Egyptū deiecerāt: vllus ipſi genti pateret ad lucē reditus.

¶ De Toloſano auro.

ABijt Toloſanū aurū in pverbiū.qđ ſacrilegio queſitū exitio eſſet attingētibus.eſtq; id ſcelus nō priuata ſolū:ſed publica etiam clade q̄nq; expiatū.octoginta ⁊ amplius milibus hominum Cimbrico bello circa Rhodanū vno prelio amiſſis, q2 Cepio: cuius ductu ⁊ auſpicijs eſt tā infeliciter dimicatū:eiuſmodi auro nō abſtinuiſſet.

¶ De iuſticia. Capitulum.iiij.

EST iuſticia virtus omniū pīceps:tā etſi vulgo parū fauorabilis.hāc alioqui oīm maxime ſuſcipiūt mortales:colūt:reuerentur.iuſticia tuta ⁊ fida comes hūane vite.iuſticia:impia regna: pop'li:ciuitates regunt.que ſi e medio tollat:ſtare nō poſſit hominū ſocietas.cōtinēt ſacre lre veteres ⁊ recētes grandia vir=

tutis huius exempla:ſunt ⁊ ꝓphanis ſua:ſed ex inſtituta relatione noſtra tia auſpicatius dabunt inchoamentū.

¶ De diuina iuſticia.

mAgnū cōditor illi ⁊ parēs oim deus optimus Maximus mūdo adhuc recēti ꝓpoſuit mortalibus iuſticie documētū.qui primuꝫ parentē cū cōiuge q꞉ lege aberraſſent:ꝑpetuo multauit exilio:moriendi iniuncta illis neceſſitate.vt ſciret ois poſteritas oportere legibus obtēperari:aut ꝙ flecti nō poſſint precibus:aut q꞉ nō debeāt

¶ De publica iudeoꝝ iuſticia.

PAro iniuria vlla magis iuſte ⁊ a pluribus vindicata eſt:ꝙ quū oēs Iſraelite tribus:Beniaminos hoſtes iudicarūt:q꞉ fedum ſtuprū a paucis eius gentis tribulib⁹ leuitice femine violenter illatū multū paterētur.bellū itaꝙ publice decretū eſt:atꝙ vni genti illatum.vindicata atrociter iniuria.maluit ppl's eq̄tatis amicus mēbro vno corporis carere:ꝙ nefariū ſcelus nō vindicare.

¶ De Salomonis iuſticia.

ECquādo iuſtius quiſꝙ decretū tulit ꝙ Salomen:quuꝫ mulieres due vtraꝙ puerpera ancipitē ꝑtū ſibi vēdicarēt:pro tribunali interfatus ceu res equius decerni nō poſſet:dimidiatū inq̄t pueruꝫ habete.aſſenſa eſt que calūniā de puero alteri intēderat.cōtra q̄ cōſcia ſibi erat ſui ꝑtus:quin viuat inquit potius puer:⁊ illa totū habeto.quē mulieris affectum ſecutus Salomon puerū huic cuius erat:reſtituit.

¶ De Danielis iudicio.

IUſta ⁊ Danielis inquiſitio qua periculū qd̕ Suſanne:inſonti intendebatur in accuſatores vertit:inuenitꝙ fraus pēnā quā pudicitie aſtruebat:ceſſitꝙ ſimulate virtus innocētie.

¶ De Chriſti reſponſo.

sGe ꝙ iuſte ſancteꝙ ꝑceptor ille aſſertorꝙ ſummus iuſticie:Iudeoꝝ cauillū diſcuſſit:qui vt eū riſo caꝑerēt de numiſmate conſuluerūt:rogātes an liceret dari cēſum Ceſari:tum ille cui⁹ eſt numiſmatis hui⁹ inſcriptio Ceſaris aiūt.ite igitur ⁊ q̄ Ceſaris ſunt:reddite Ceſari.⁊ q̄ dei:deo.docuit celeſtis illa ⁊ eterna ſapientia iuſticiā eſſe ſcientiam quandā:que quod ſuū ſit.

¶ De eodem.

PAri ꝓpemodū exēplo mōſtrauit iuſticiā a iuſtis oportere nocētibus opponi:nō ab his:qui quū peſſimi ſint:in alios iura exercēt.adduxerāt iudei ad illū mulierē in adulterio dep̄henſaꝫ querētes eſſet ne manifeſti criminis cōꝑta lapidibus obruēda)quiſq̄s veſtrū(inquit lux illa veritatis quin ipa poti⁹ veritas eſt criminis expers:in eā lapides primus:iaciat.ad quā vocē alijs alio dilabentibus:ſoluta eſt multitudo:mulier vero periculo ſeruata:iuſſaꝙ nō ampli⁹ delinq̄re.vt palā eſſet nō vindictā ſꝫ vīdicte auctores repudiatos.

¶ De Ethnicis exēplis.et primū De Ariſtide Athenīēſi.

ARiſtides Athenīēſis:vt ⁊ aliena cōſectemur:ob inſignem iuſticie opinionem iuſtus cognominatus vniuerſe Grecie populis

cenſum deſcripſit tanta equitate iuſticia: vt Grecoꝝ felicitas ſit dictus: et que eum tulit: aurea ſit etas appellata: ac ea que Saturno quondam rege fuerat. ¶ De Lycurgo legumlatoꝛe.

Non paruum ꝛ in Lycurgo extitit equitatis ſtudium. qui ita ciuibus ſuis ſpartanū agrum partitus eſt: vt quū aliquādo peregre domū reuerteret: demeſſam ſegetem in agris et aceruos ſegetum cōtemplatus paribus inter ſe ſpacijs diſpoſitos ex campeſtriū prediorū metatiōe: cōuerſus ad ſuos ſubridens videtis inquit ꝙ multoꝛū fratrum Laconicus ager eſſe videatur: qui ex equo ſint inter ſe hec partiti. ¶ De eodem Lycurgo.

Ac non agrum ille tantū: ſed iura quoqꝫ ita equauit ciuitati: vt Agis rex victis Athenienſibus domum reuerſus quia ad Phiditia erat hic publicum cōuiuium non acceſſiſſet: Ephoꝛi poꝛtionem cene petenti regi mitti prohibuerint. Ceterū poſtridie quia iratus Agis ſacrificiū non obtuliſſet: publice damnatꝰ eſt. ciuitas ſancte inſtituta et ob id digna que iteritu carere debuiſſet: ſi quid in hūanis etiam: qui perpetuo ſtare poſſet. in qua nō licuit regi latius cenare: ꝙ priuatis. ¶ De. L. Lucullo.

Conſumpſerat omnis Aſye populos feneratoꝛū inexpleta voꝛacitas iam inde ex quo Sylla ingens ipſi gēti tributū imperauit: imperatūqꝫ crudeliter exegit. omnia publica et priuata in fenus abierāt. iam ꝛ capita hominū ob alieni eris magnitudinē libertate priuari. quū L. Lucullus iuſtiſſimo decreto feneratoꝛū licentiā cohibuit. eſt ꝛ fenus ipſum ita moderatū: vt breui ſit prouinciam in melioꝛē ſtatum reſtituta. ¶ De Catone Uticenſi.

Quid Cato? qui quum Ciceronis factū non probaret: ꝙ ille publicas tabulas: in quibus erāt Clodiani tribunatus acta in Capitolio fregiſſet dictantis nō opoꝛtere illa rata haberi: que is qui cōtra leges eſſet Tribunꝰ plebis factus rogaſſet: tum Cato frequenti Curia eum inqt ne dicas pꝛeter legem creatū: qui permittente lege ad plebem trāſijt: ꝛ vt plebeius tribunatū cepit. quo ſi (vt pleriqꝫ fecerūt) abuſus eſt: eū coꝛrigendū cenſeo: non tribunitiā poteſtatē labefactādam. ¶ De Manlio Capitolino.

Seruauit Capitoliū. M. Mālius. ſepius in acie ſtetit pro patria: ſtrenueqꝫ dimicauit. accepit aduerſa vulnera. ciues ſeruauit. pꝛemia tulit. ꝛ in toga multos alieno leuauit ere. eſt nihilo ſeciꝰ populi ſuffragio dānatus quia ſupꝛa foꝛtunā priuati ciuis aliquid optare crederet. adeo nullū ab initio ciuem ferre potuit Ro. populꝰ: qui legibus: quum opus eſſet: cogi non poſſet. ¶ De. P. Caſſio.

S Ic Caſſius domi: ſic Melius Spurius aliquādo antea in conſpectu populi ambo interfecti ſunt ꝙ vterqꝫ ciuili multitudini ambitioſe nec ſine affectati regni ſuſpitione gratificaret. tanto fuit tunc iuſtitie ꝛ equitatis maioꝛ ꝙ pꝛopꝛij cōmodi ratio. ¶ De Octauio Auguſto.

Quum noniꝰ homo Auguſto pꝛincipi pnecesſariꝰ veneficij cauſam diceret: dubitaſſe dicit Octauius que eſſent ſue partes: veritus ne

ſi reo ſupeſſet ſua auctoritas legibus rerum eriperet. contra ne a ſe deſtitutum predãnare videretur. amicis itaq; cõſentientibus ſedit in ſubſellijs aliquot horas verum tacitus ne iudiciali quidẽ laudatione vſus: ne princeps plus velle videref: q̃ ciuitatis iura poſtularent.

De iniuſticia. Capitulum. iiij.

Bene et feliciter actum eſſet cum hoĩe in vita: ſi plures oĩno eſſent qui ex equo virtuti et vitio ſtuderẽt: vel in eo ſaltẽ equi libritũ fieret: vt non multo maior pars hominũ proprio affectu et voluptate traheref. que due peſtes humane ſocietatis adeo nonnũq; puertũt omne recti ⁊ equi iudiciũ: vt nec quod deceat videat homo: nec quid vite expediat. hinc praua illa multitudinis iudicia. hinc regum ⁊ populorũ ab equitate ⁊ iuſticia longiſſimi deflexus. qui dum affectũ animi cõſulunt rationis ⁊ officij obliuiſcũtur.

De paruo Iſraelitarum ſtudio.

Id quum ſepe fecit Iſraelita ille populus in deſerto deo ſeruatori et ſuo duci ingratus: tum nequiter maxime: quũ paucorũ impulſu de imperio Moſi abrogãdo ⁊ Aharoni ſacerdotio cogitauit beneficiorꝝ imemor. arrogaſſetq; haud dubie oĩbus ſuffragijs: niſi diuinũ oraculũ ad quod res delata eſt Aharoni ſacerdotiũ ſtabiliſſet: reddidiſſetq; Moſi imperiũ adhuc auguſtus: Abyro: Datan: et Chore: ſeditionis auctoribus manifeſta numinis ira ſubito terre hiatu abſorptis.

De eodem populo.

Percuſſit fedus eadẽ gens equis legibus cũ Gabaonitis Chananeorꝝ gente. ceterũ Iudei victoriã adepti: quia iuſiurãdum ex inſtituto gentis violare nõ ſunt auſi: Gabaonitas ex ſocijs et federatis caſtrorꝝ lixas et calones fecere.

De iniuſta filiorum Iſraelis cede.

Poteſt Sichimitarũ cedes ob Diue ſtuprũ videri non iniuſta. ſepe enim id genus iniuria eſt attrociter in multos vindicata: ſed tunc medicina modum exceſſit. enimuero aliquid vidiſſe credẽdum eſt Iſraelem ſenem iuſtiſſimũ. qui tabernacula et filios ob eam rem ſolenni ritu expiauit.

De eiſdem.

Verum illud iniuſte impieq; factum credi poteſt: q̃ Ioſippũ fratrem inſontẽ: iuxta deo optimo ac patri gratum primo interficere cogitarũt: ſed admoniti ab eorũ vno precipitarũt in ꝓfundum puteum. inde exemptũ Iſmaelitis vendere: manifeſta celi ꝓuidentia: vt per eum quẽ ꝑdiderant perditi ſeruarenf.

De Dauide Rege.

Iuſtus ⁊ pius Dauid rex: ſed iuſtior diuina lex ac longe ſanctior: que nulli hominũ permiſit vnq; alienam cõiugem attrectare. at Berſabee que Vrie ꝯnubio locata erat: accerſita ab eo eſt abſente viro. et q̃ illa flagitioſe adulterata: tam iniuſte Vrias neci deditus. ſed felix culpa cui penitentia ſuperfuit.

De Pylato preſide.

Neq; non iniuſte feciſſe dicam quum impie etiam fecerit Pylatus Hieroſolymorũ preſes: qui non iuſtum ſed ipſam damnauit iuſti=

tiam. nec imprudens feciſſe videri poteſt: qui niſi iniuſte et impie ſe facere ſenſiſſet: nunq̃ lotis manibus nefarij illius iudicij expers credi voluiſſet. ceu quiſq̃ ſibi ſceleris cõſcius aliqua ſui parte mũdus eſſe poſſit. ſed dum Ceſarem timet: iratum numen expertus eſt.

¶ De Herode rege.

Iniuſtus ⁊ Herodes vel potius impius qui priuigne gratificatus Jo. Zacharie filium quo poſt xp̃m nemo fuit ſanctior: interfecit. dignus qui cũ inceſta cõiuge extremo affectus ſit ſupplicio: et per equiſſimas vterq̃ penas diſcruciatus.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Athenienſibus.

Sed quo magis a vero cetere gentes aberrarũt: hoc plura in eorum rebus eſt huiuſmodi exempla reperire. et vt ab ea ciuitate ordiar: que oĩm ſapientiſſima diu iudicata eſt: quid magis alienum a iuſticia fieri potuit: q̃ ciuem optimũ totius ciuitatis ſuffragio vrbe eijcere? nõ imprudẽter: aut quia patrie ciuium ve cuiq̃ obfuiſſet: ſed q̄ ferre non potuit ciuitas vt ipſa teſtata eſt: vni⁹ virtutes viri paſſim predicari.

¶ De Ro. populo.

Reſtitit Ro. po. ceteris mortalib⁹ non minus iuſticia q̃ bellica virtute. et illius in publicis iudicis ſepius fuate clariſſima extant exempla. ſed vt Egyptus que optima gignit medicamẽta: eadem ⁊ venena teterrima: ſic fediſſima quedam extiterunt aliquãdo apud Romanos publica iudicia etſi rara: extiterũt tamẽ. quale illud quum Ro. po. Ardeatib⁹ et Aricinis ambigui vtrorũq̃ agri factus iudex: capularis ⁊ deliri conſiliũ ſenis ſecutus ſibi agrum adiudicauit: publicũq̃ iudiciũ in ſuum beneficiũ vertit.

¶ De Fabiano Judicio.

Accepit huiuſcemodi exemplũ a maiorib⁹ Fabius ille: qui Neapolitanis ex vrbe Nolaniſq̃ de finibus inter ſe diſceptantibus iudex dat⁹: cum vtriſq̃ ſeorſum egit ac tenuit: vt paululũ ſuos fines cõtraherent. tum vero quicq̃d agri in medio relictum eſt. Ro. populo adiudicauit. fuit hoc (quis non videt?) decipere: non decernere. non iudicatio: ſed preuaricatio.

¶ De Appio Claudio decemuiro.

Nec illud nõ deteſtabile ⁊ ſi poſtea inſigniter vindicatũ: q̄ Appius Claudius decẽuir. Ro. legumlator mala libidine ſtuprã de Virginie Ro. po. aſtante contra legis preſcriptũ quã ipſe priore anno tulerat: vindicias dedit a ſeruitute cõtra libertatem. fuit tam iniquũ decretũ autori ipſi exitio: q̄ collegas omnes poſtmodum inuoluit.

¶ De Carthaginenſi ſenatu.

Quid Carthaginenſis ſenatus an iuſte feciſſe dici poteſt: q̄ Saguntũ cõtra fedus: quod Haſdrubal publico cõſenſu cum po. Ro. icerat expugnatũ et exciſum ab Annibale nõ ſolum probauit: ſed tanq̃ iure id feciſſet: aduerſus Romanos in curia factũ defendit: ſed cauillũ quo tũ illi vſi ſunt: in ipſius demũ ciuitatis cõuerſum eſt excidium.

¶ De Ro. po.

E Numucro ꝙ ſecūdo bello punico iniuſte Peni feciſſe credūtur:
tam me hercule nec minus Romani tertio et vltimo quod cum
Carthaginēſibus ieſſere. qui nulla ab ea ciuitate iniuria laceſſiti
bellum illi intulerūt.ideꝫ non pꝛius oſtenderūt:ꝙ ciuitatē ipſam
obſidibus pꝛius impetratis ⁊ acceptis armis etiam ſpoliaſſent.

¶ De foꝛtitudine. Capitulum.v.

EXempla foꝛtitudinis in omni gente:⁊ ſi non adeo multa ali=
qua tamen in ſingulis cenſeri poſſunt. Romanoꝛū vero foꝛ
tia facere ⁊ pati tam fuit pꝛopꝛiū ꝙ volatus auium: piſciū
natatus. Ceterū poſt Quiritū gentem que haud dubie in
hoc genere virtutis oēs alias longe pꝛeſtitit:Judei(ſi ve=
ra ſunt que Joſephus de his tradidit)nō ſunt in poſtremis
habendi.aſtipulātur huic diuine littere quibus fidem abꝛogare ſit nefas.

¶ De Abꝛaamo.

FOꝛtis quidem et pꝛeferocis fuit Abꝛaam ingenij. qui quū totus
Oꝛiens Aſſyꝛio pareret imperio: eſſentꝫ eius gentis opes om=
nibus foꝛmidoloſe:is Chananee terre incola: cum parua hoim
manu quam ex omni familia legerat ſecutus Aſſyꝛioꝛū copias:
que Sodome vꝛbis rege acie victo et ꝓfligato grandē ex ea terra pꝛedā.
captiuoꝛūꝫ numerū ingentē ob tributū ſibi denegatū abduxerant: circa
alterū Joꝛdanis fontem ex impꝛouiſo adoꝛtus magna ex parte cecidit:
fedeꝫ diſiecit.captiuis cum pꝛeda receptis:et in his Loth viro iuſtiſſimo
fratris ſui filio.

¶ De Dauide.

DAuid: qui poſtea rex fuit:tum vero admodū adoleſcens: quum
Judeoꝛū nemo ex ꝓuocatione auderet cū Goliathe Philiſtee
gentis immanis ſtature viro dimicare:ſolus omniū extitit:qui
certamen(vt apparebat)iniquiſſimū non detractarit. ⁊ qđ plus
etiam admirationis habuit:funda duntaxat īſtructus vicerit. violēto eni
excuſſi lapidis ictu moꝛibundū hoſtem:quātuſcūꝫ fuit:ſolo explicuit.ad
cuius caſum nobilis victoꝛia ex validiſſimo hoſtium exercitu eſt Judeis
queſita.

¶ De Jonatha.

IOnathas Sauli filius hoſtium caſtra vno dūtaxat comite no
ctu ingreſſus: diuꝫ ac multum in Philiſteos nocturna cede
per occaſionē craſſatꝰ:tantū illis terroꝛē incuſſit:vt multa mi
lia hoſtium fugata ſint:atꝫ hoꝛum pars multo maxima Sau
li regis occurſu in fuga interfecta.

¶ De Juda Machabeo.

NUllus Hebꝛaice gētis ſepius cū hoſte certauit ꝙ Judas Ma
chabei filius: nullus minoꝛibꝰ copijs felicius. vt pene plures
vnus ſit victoꝛias adeptus: ꝙ ceteri Judeoꝛū duces qui poſt
Moſem eius gentis exercitibꝰ pꝛefuere.et quod omniū foꝛtiſ=
ſime fecit:moꝛtē oppetijt tam intrepide: ꝙ cum hoſte ſolitus erat confli=
gere.

¶ De Petro Bariona.

PEtrus Bariona non viribus coꝛpoꝛis(nam que in homine ex
acte etatis eſſe poterant?)ſed ſui regis potius fretus pꝛeſen=
tia in aduerſam armatoꝛū cohoꝛtem que ſeruatoꝛē in oliueto

circūſteterat:ferrum ſtringere auſus eſt:cumqꝫ cōſauciauit: qui temere in illum manū iniecerat: conatus ab eo vim arcere in cuiꝰ poteſtate ſunt nō ſolum res humane:ſed vita et moꝛs hominis. aut igitur Bariona tum ardentius armauit(vt credere eſt)aut quem tueri conatꝰ eſt:parū reſpexit.

¶ De Rolando.

Libet cum a veteris inſtrumēti exēplis abierim:recentioꝛa quedam cōſectari. facitqꝫ ſtatim Rolandi virtus ne diu queram. Hunc enim q̃uis multa de illo foꝛtitudinis edita exēpla vulgo referanꝫ:que fabulis ꝓpioꝛa videri poſſunt:non tamē in id dubium venit oīmibus ſui tempoꝛis foꝛtitudine preſtitiſſe. Caroliqꝫ qui magni cognomē tulit:felicitatē et gloꝛiā huius potiſſimū lacertis cōſtituiſſe. qui demū in inſidias cum foꝛtiſſimo quoqꝫ ſuoꝛū precipitatus circa Pyreneū ſaltum: poſt ingentis foꝛtitudinis patrata facinoꝛa: hoſtibus magno numero interfectis ceciderit:ne nūcio quidem tante cladis relicto.

¶ De Principio ⁊ Tarunte fratribus.

M Agna eſt fama atqꝫ aliquāto vetuſtioꝛ Principꝗ̃ et Tarūtis fratrū. qui Gothicis tꝑibus ex vꝛbe Roma ad pugnā egreſſi aduerſus Totilam inclinata diſiectaqꝫ vꝛbanoꝝ acie: ſua hoſtibus in cedem ruētibus coꝛpoꝛa obiecere. ac tādiu pertinaci ſtatu barbarū remoꝛati ſunt:quo ad Principius in veſtigio cōcidit. alter vbi ſuos in tuto eſſe vidit:defunctus ꝑelio multiſqꝫ cōfoſſus vulneribus ad Pincianā Poꝛtam inter ſuoꝛū cōplexus et gratulatiōes expirauit.

¶ De Andrea Lamponiano.

Adꝗ̃ciatur his exemplū vnum recēti memoꝛia ſed animi magnitudine inter rara reponēdum. Andreas Lamponianꝰ vir nobili loco natus:ſed nobilioꝛ adhuc factꝰ facinoꝛe ad poſteros memoꝛando. Galeatū Mariam Mediolanēſem ducē etate ⁊ opibus floꝛentē in ꝓthomartyꝛis ede:officioꝝ et ſatellitū multitudine ſeptū: obuiā illi factus in ſuoꝛū conſpectu ſepius ferro repetitū necauit. priuſqꝫ a trepidantibꝰ et auxilio ſubeūtibus ſubueniri potuerit. dignus qui inter Sceuolas reponereꝫ:ſi publicam nō ꝑiuatā vltus eſſet iniuriam.

¶ De Ethnicis exemplis. Et pꝛimum.

¶ De Hercule.

HErcules Alcmene filius(ſi vera ſunt que de eo greci ſcriptoꝛes et Romani grecos ſecuti ꝓdiderūt)plura maioꝛaqꝫ quā quiſqꝫ alius adꝗ̃t pericula. nullus magis intrepide omniſaria adꝗ̃t mōſtra. nullus foꝛtius tulit:validiuſqꝫ ſupauit. vt ſi quis ſtulte de eo inter deos recepto opinioni accedat: iure dubitet ſit ne ille adeptus magis celum an meritus.

¶ De Theſeo.

P Ar ꝑpemodū de Theſeo manauit ad poſteros fama. ſꝫ vtriqꝫ res magis cum monſtris fuit:q̃ꝫ cum hominibꝰ:et ob id foꝛtaſſe amboꝛū virtus cunctatius cenſenda: cui poetica ſubſcribit fides non hiſtoꝛica.

¶ De Cynigero.

Cynigeri Athenienſis gloꝛia magnis eſt ſcriptoꝛū laudibus celebrata. qui Marathonia pugna: quum pallantes Medos ad naues compu

liſſet: nauem hoſtibus onuſtam dextra manu tenuit. Qua hoſtium ferro amputata: leua remorari conatus eſt. ceterum hanc quoq; vis hoſtilis abſcidit. tum ille ad duplicẽ cladem nihilo remiſſior fact⁹ mordicus nauim deſixit. cedibuſq; fatigatus ambabuſq; manib⁹ amiſſis: ceu fera quedam rabida morſu et dentibus dimicauit: quãdo alia vi non potuit.

De Acilio Ceſaris milite.

Talis nec minor fuit Acili⁹. C. Ceſaris miles nauali bello apud Maſſiliam qui dextra amiſſa: quã in hoſtium puppim iniecerat in aduerſam nauim tranſiluit: vmboneq; hoſtes obuios impellens velut precipites pre ſe egit: quoad Ceſariani potiti ſint victoria.

De Sceua Centurione.

Maior adhuc Sceue virtus: qui in Dyrrachina munitione tuenda Ceſarianorum fortiſſimus iudicatus eſt. emucro oculo ſagitta excuſſo: femore et humero transfixis: ſcuto. c. et. xx. ictibus perforato fortiter tamen porte ſuo preſidio credite cuſtodiam retinuit.

De Mutio Sceuola.

Admouit vetuſtioris exempli Sceue nomen. cui nullum ꝓpemodum cõparari poſſit. Mutius: cui Sceuole a clade dextere manus fuit poſtea cognomẽ: quippe qui operoſiore manu amiſſa: leua vtebatur: iuuenis ac pene adoleſcens Porſene caſtra ingreſſus regiũ ſcribam pro rege interfecit. captus ſuiq; erroris admonit⁹ dexterã flammis iniecit. vt ea parte: qua erratũ erat a ſeipſo penam exigeret. viſum eſt id ſpectaculũ quũ ceteris tum ipſi regi atrox. qui vnius Romanis fiducia cõſtantiaq; commotus pacem reddidit vniuerſe ciuitati: vrbemq; ſoluit obſidione.

De Valerio Cocle.

Fuit Sceuole equalis Valerius Cocles. in eodẽ bello omnẽ Hetruſcorum vim ſolus tãdiu ſuſtinuit: quo ad põs: qua hoſtes erant in vrbem irrupturi: ſit ab hijs qui in tutum refugerant a tergo abruptus. tũ vero ſuis excluſus a quolibet hoſtiu ad manũ ſecũ cõferendã ꝓuocans: vbi ab vniuerſis in ſe impetũ fieri vidit: in ſubiectũ Tyberim deſiliens: incolumis ad ſuos enatauit.

De Ariſtomene Meſſenio.

Fabuloſum videri poſſit. ceterũ quia ab auctorib⁹ minime obſcuris eſt res memorie prodita: nõ indigna relatio eſt. Ariſtomenes Meſſenius. ccc. vno prelio Lacedemonios interfeciſſe memoratur. quũ totidem vinctos etiam iugulare magnũ fuerit. ſed Grecia tantũ ſibi ſcribenti induliſit: vt nihil ꝓpemodũ de fide cogitarit.

De Romulo.

Pari robore memorãdum quod de Romulo a noſtris ꝓditum reperio. ceſa a Romanis circa Fidenas acie vna ſex hoſtium milia: quorum Romulus plus dimidio ſua manu cõfecerit.

De. M. Seruilio.

Multo ſimilius vero eſt quod de. M. Seruilio traditur ꝙ vicies et ter amplius pugnauerit ex ꝓuocatione: ac ſemper victor in caſtra ſit reuerſus hoſtilibus ſpolijs onuſtus.

De Sicinio dentato.

Sunt et Sicinio dentato ſua fortitudinis ſuffragia: ac neſcio an plura etiam que Seruilio. centies vicies is preliatꝰ eſt. octies ex ꝓuocatiõe victor. xlv. cicatricibꝰ aduerſo corpore inſignis. ſpolia cepit quattuor et. xx. duo de viginti puris haſtis ab imperatoribꝰ donatus: phaleris vicenis: q̄uis tortoribꝰ tribus et octoginta armillis: centenis quadragenis aureis: coronis ſex et triginta. xiiij. ciuicis: tribus muralibꝰ: obſidionali vna. nouẽ imꝑatores triumpharunt eius potiſſimũ opera victoriam adepti.

¶ De Manlio capitolino.

Erat Manlius Capitolinus pari ꝓpemodũ laude cenſendus ob multa preclaraqꝫ facinora domi foriſqꝫ edita: et in his ſeruati Capitolij decus: niſi affectate tyrãnidis crimẽ cũcta eius vite ornamẽta ꝑdidiſſet. ceterũ Dentato nihilo inferior: ac neſcio an maior etiã in quibuſdã. ſed in eo flagitiũ vnum equilibriũ fecit cum tanto virtutũ comitatu. nam qui tyrannidẽ affectat in libera ciuitate: is ſibi nõ patrie preliatur.

¶ De Marco Sergio.

M Agna in his hec virtutis opera. ſed fortune adhuc maiora in M. Sergio fuerũt. cui non ſolum nõ fauit fortuna fortiter in acie ſtãti: ſed vehemẽter etiam fuit illi infeſta. perdidit ſecũdo ſuo ſtipendio dextrã manũ: duobus dein ſtipẽdijs ter et vities eſt vulneratus: et ob eam rem neutra manu neutro pede ſatis validus militauit deinceps nihilominꝰ vno tantũ ſeruo vſus. bis a Penis captꝰ: bis vinculorũ ꝓfugus ſiniſtra dumtaxat manu quater preliatꝰ eſt. dextrã ſibi fecit ferreã. Cremonẽ obſidione exemit. Placentiã tutatus eſt. duodena hoſtiũ caſtra cepit in Gallia. innumeres haud dubie coronas cõgeſturus ſi tanta indoles in memoria tꝑa incidiſſet: et non in ea que iniquiſſima fuerunt Ro. po. vicerunt alij: ſed vicere homines. Sergius ipſam etiam vicit fortunã.

¶ De formidine ignauia. Capitulum. vij.

¶ De turpi Judeoꝝ formidine.

OMne animal virum hominis et cõgreſſum declinat. nam cũ eo nullum fere dimicat niſi neceſſitate coactum. contra cõfuſior eſt metus nulli aialium: ꝙ homini: aut nulli maior in metu obliuio nec minus videt vllum quid in ꝑiculo expediat hinc illa decori obliuio: dicta factaqꝫ pudenda: nõ in vno aut altero ſed in populo etiã vniuerſo et innumeroſis exercitibꝰ ſepius obſeruata: fuga: timor: querela muliebris potiuſqꝫ virilis. qualis fuit indigna illa Judeoꝝ cõqueſtio quũ celeſtium immemores operũ quia exploratores in Chananeã terram miſſi omnia dura et hoſtilia referrent: in lucrum et merorẽ verſi: Moſem expeditionis ducem inſequebant vt vanum et delirũ: ſuam deteſtãtes ſtultitiam qui tantũ vni credidiſſent. ſatius fuiſſe in Egypto ſuire vbi ad ſacietatẽ carnibus veſcerent: ꝙ inedia et belloꝝ iniuria in deſertis cõfici: alienaqꝫ terra extingui inuidioſa querela et execrabilis in eo p̄ſertim populo qui toties manifeſta celi ꝓuidentia preſenti eſſet periculo ſeruatus.

¶ De eiuſdem gentis ſacerdotibus.

A Severo ⁊ ꝙ intẽpeſtiuus fuit ille metus mortis in eiuſdem gentis ſacerdotib⁹. qui vrbe magna ex parte capta: tẽplo direpto et incenſo:⁊ quũ nil ſupeſſet amplius qđ cum vita optari debuerit: ſuppliciter tñ ſunt vitam a Ro.exercit⁹imperatore ſalutemq; precati. a quo illud tulere reſpõſum nõ eſſe opus veniam: ſacerdotibus templo ⁊ ſacris amiſſis. ¶ De Marcellino Ro. pontifice.

DAr metus in Marcellino Ro. pontifice. ſed multo in hoc felicior. patuit enim ad penitentiã reditus: tam etſi a principio nõ minus abſurdus ꝙ Hieroſolimorꝝ ſacerdotũ: qui templo ſuperfuerãt. ſiquidẽ Chriſtianis rebus Diocletiani ſeuitia afflictis: abolitiſq; ſacrarũ rerum monumẽtis ⁊ vt chriſti nomen oboleret vrbium Antiſtitib⁹ ſupremo ſupplicio affectis: ſeptẽdecim piorũ milibus paucorꝝ dierũ ſpacio alijs alio ſupplicio peremptis: vnus oĩm Marcellin⁹ ad ſimulachra demonũ metu mortis ſacrificauit. ſed penitẽtia: quã egit: non ſolũ illi Chriſtianũ nomen: ſed ⁊ dignitatẽ reſtituit.

¶ De Anathaſio Alexandrino Antiſtite.

MAgnus veritatis aſſertor Athanaſius Alexãdrinus antiſtes: vellet tam facile pro veritate mori potuiſſe: ꝙ ſentẽtia et precepto tuebat. Impar enim Arrianorꝝ inuidie ſex annos in profundiſſimo ciſterne lacu ſine ſolis aſpectu mortis metu latuit. ſed que prudentia fuerit: nefas ſit (credo) ad hominũ cõſilia referre.

¶ De Petro apoſtolo.

ENimuero quid ſit magis a pietate alienum ꝙ Barionevitio vertere ꝙ tam fortiter priina aut altera hora noctis pro ſuo ſtetiſſet rege: mox captũ ter ante gallicinũ negarit iudeorꝝ ſeuitiã veritus. verũ nõ Bariona: que tam ardẽter defenderat: negauit: ſed Barione humanitas. corpus Judeos timuit. armẽtia ex metu orta ter locuta eſt: non mens que propoſito auerti non potuit.

¶ De Alphonſo Neapolitano rege.

ADyciatur his vnum adhuc exemplũ chriſtiani hominis: ſed ex prophano acceptũ. non multo prius ꝙ hec a nobis proderent: Alphonſus Aragonius in magno ⁊ opulẽto regno a patre heres relictus: ſub Caroli octaui in Italiam deſcẽſum: fortuna regni adhuc integra: nec acie victus: incolumi exercitu: ciuitatibus in fide permanẽtibus: priuſq; gallus ſuos fines tranſcẽdiſſet: dubium maiore timiditate an deſperatiõe regnum reliquit: et qui nuper a tota Italia timebat: repente extitit omniũ timidiſſimus.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum. ¶ De Antemone.

VEtus eſt Antemonis fama quem Heraclides Ponticus celebrauit Anacreõtis poete teſtimonio: is tã timidus fuiſſe fert: vt domi plurimũ vixerit duobus ſeruis ſupra caput ereũ ſcutum tenẽtib⁹ ne qđ ſuperne caderet. in aperto leticia non niſi ad opta veheret: qui nos Periphoreti cognomen illi dedit.

¶ De Haſdrubale vltimo Carth. Duce.

HAſdrubal: q̃ vltim⁹ Carthaginẽ. dux fuit: Carthagine a Scipiõe capta Eſculapij tẽplũ cũ vxore ⁊ liberiq; magnaq; trãſfugarũ manu

occupauit.metu deinde ſubact⁹ ſolus ad hoſtes tranſfugit:vite cupidus cuius turpe effugium vxor filiorũ cede vlta eſt.

¶ De.C.Mancino.

C Aius Mancinus omniũ Ro.ducum ignauiſſimus ſua timiditate turpi formidine eo venit:vt quũ Numantiã in Hiſpania obſideret:tanꝙ obſeſſus et victus ignominioſam ſibi et po.Ro.pacem domũ reportarit. ¶ De Perſe Macedonie rege.

Ec Perſes Macedonie rex multo fortior in aduerſis apparuit.qui regni opibus fractis tam humiliter ⁊ obiecte prouolutus iacuit ad Emilij pedes qui eũ vicerat vt ſublatũ manibus Ro. impator indignati ſimulis monuerit:ne clariſſimã ſibi victoriã turpi formidine inuideret. ¶ De Gn.Carbone.

Q Uantum Perſes per hec a maiorꝫ virtute ac degenerauit: tñ neſcio an plus etiã. Gn.Carbo a priſca Romanorũ indole. qui Marianaꝫ partium dux aut ignobilis in Sicilia captus: quũ ad ſupplicũ traheret tempus petijt ad ventrẽ exonerandum:morã ſupplicio querẽs. ignarus ſcꝫ nõ in morte eiſet cruciatũ:ſed in via que ducit ad mortem. ¶ De Vitellio impatore.

P Otuit ⁊ Vitellius impator honeſti⁹ cadere niſi vite exiguũ illud tpis ſpaciũ quod latebre turpiter impẽdit pdere voluiſſet. enĩuero Flauianis palatiũ irrũpentib⁹ ex ianitoris cella quo ſeſe meticuloſe illatebrarat: cum multa ignominia extractus: ſed maiore aliquãto odio ante Ro.ciuitatis oculos eſt ad ſupplicũ ductus.ſed quãto pulchrius obuiã hoſtib⁹ factus mortẽ oppetiuiſſet:potuit ⁊ Othonis hoſtis ſui exemplũ imitari:ſuaqꝫ ipſi⁹ manu ſit exitum querere:breuis vita longũ illi pepit dedecus. ¶ De Heliogabalo.

D E Heliogabalo minus mirũ. debuit enim mors ante acte vite reſpõdere.qui tumultu militari exterrit⁹ non ſolum nõ obtulit ſeſe irato militi vt eum motum auctoritate ſedaret:qđ ſepe Ceſar dictator ⁊ alij feciſſe dicunt: ſed cum matre fetidã cloacam ſubijt.vbi multis vulneribus cõfoſſus turpem vitam turpiſſima morte finiuit. ¶ De prudentia. Capitulum.viij.

¶ De Habraamo.

S I prudẽtia bonorũ eſt malorũqꝫ ſcientia ad hominẽ ptinẽtiũ: ſcereqꝫ eſt propriũ hoĩs:liquido apparet totam hanc virtutem huic vni animaliũ cõceſſam a natura.huius nõ vulgare exemplũ edidit vetuſtiſſim⁹ ille Chananee regiõis accola:cui plus celi numen promiſit ꝙ humana mens poſſit capere.is cũ Sarra cõiuge Egyptũ ingreſſus gentis libidinẽ in alienas feminas veritus: pro cõiuge fratrem egit. haud ignarus id cõſilium et ad muliebrẽ pudiciciam tuẽdam: et ad ſuam ipſius ſalutem ptinere. fuit haud dubie id hominis cõmẽtum.ſed humana pietas:cuius ille erat diligẽs cuſtos:vtrũqꝫ ab iniuria ſeruauit. ¶ De Noe.

Q Ua Noe multo hoc antiquior fuerit prudẽtia: non ſolũ Arca quã tanto ante Cathaclyſmũ cepit intexere : ſed vetuſtas ipſa que illũ ſub Jani noĩe bifrontẽ figurauit:plane demõſtrat:indubitato preteritoꝛ

ſcientie ac futuroꝝ argumento.

¶ De Moſe.

Excogitauit ⁊ Moſes rem non ineptam:ſed que nõ vulgarẽ hominis prudentiam arguat. ducturus Pharaonis regis exercitum ꝑ loca ſerpentibꝰ infeſta:pro magno habuit negocio vim ibi auium ingentẽ cõparare. eſt auis hec ſerpentibꝰ inimica. quo preſidij genere incolumis exercitus eſt Meroen vſqꝫ ꝑductus.

¶ De eodem Moſe.

Apparuit hois eiuſdem prudẽtia nõ vulgaris in Pharonis dignitate vindicãda. cui cum ſacerdotiũ tumultuoſe a ppl'o abrogaret: vt motus ille ſeuictis multitudinis qui in horas gliſcebat:cohiberet:nec frater temere ſpoliaret ſacerdotio: diſquiſitionẽ rei nõ ad multitudinis ſtudiũ: cuius ꝓpriũ eſt nil ſapere:ſed ad numinis voluntatẽ relegauit cuius aſtipulatu dignitas eſt fratri ſtabilita: et competitoꝝ impietas grauiter vindicata.

¶ De Iſraelite.

Iacob qui ab aſtu et calliditate animi Iſrael cognomẽ ſortitꝰ eſt: Meſopotamia petiturꝰ vt iratũ ſibi fratrem vltioniqꝫ iminentẽ declinaret:quia nõ niſi per Chananeoꝝ terrã patebat iter:cũ quibus paterne ſibi intercedebãt inimicitie:vitabũdus per deſerta ⁊ deuia loca interdiu iter facere noctu corpus diurno labore feſſum quieti dabat:atqꝫ ita magnis itineribꝰ et alioqui infeſtis ad Labanẽ incolumis peruenit auũculum.

¶ De eodem.

Cautus ille et prudens in itu:ſed in reditu cautior. qui poſt aliquot annos domũ repetens veteris in fratrẽ offenſe haud immemor:ꝑmiſit qui Eſaum fratrẽ precibꝰ ⁊ donis deliniret. ſatiſfacerentqꝫ corã ſi qua adhuc in eo ira veteris iniurie reſideret. ꝑ que facile cõſecutus eſt vt qꝫ inuiſus patriũ ſolum verterat:tam iucũdus ſit poſtliminio reuerſus.

¶ De Dauide rege.

Vidit ⁊ Dauid ab eo oriũdus non parũ. qui iam ſenio cõfectus quũ in animo haberet regnũ Solomoni ꝑ manꝰ tradere: quia apparebat in tanto filioꝝ grege nõ defuturos in quo aĩmo laturi eſſent:minorẽ natu fratrẽ ſibi prelatũ iri ad omnẽ domeſtice diſcordie materiã e medio tollendã non multo prius qꝫ vita ſit defunctꝰ: regis appellatiõe in eum tranſlata populo regem ſalutandũ obtulit. ſic viuẽtis adhuc patris auctoritas tã valide ſtabiliuit illi regnũ: qꝫ vix vllum neceſſitudinis vinculũ eo extincto potuiſſet.

¶ De Deipara virgine.

Quid virginũ decus illud ſupremũ chriſti mater:qua nulla vnqꝫ fuit in terris ſanctior:an prudẽtie rudimẽtũ dedit exiguũ: quũ ſui ꝓpoſiti ſibi cõſcia non prius celeſti nũcio aſſenſa eſt:qꝫ edocta ſit futurũ vt virginitate pateret inoffenſa?

¶ De Lucia virgine.

Viderũt ⁊ Syracuſe in Lucia indigena puella preclarũ virtutis huius exemplũ. ſenſit hec a pulchritudine oculorũ ſue virginitati periculũ intẽdi:qui preter cetera expeterent ab inſana tyrãni libidine. ſatius igit̃ rata ꝑte corporis vna ⁊ ſi nobiliſſima:

ꝙ anima que multo ſit nobilior:periclitari:his hos ſibi ſpōte auulſos: de ferendos dedit inſano regi. vt ſciret nihil in ſe eſſe amplius : qua ꝓpter ab eo timenda eſſet iniuria. ¶ De Ethnicis. Et primū.

¶ De Semiramide.

E Tſi nō honor ſit aliquis huic ſexui:in pte opis ne pigeat muliebre exemplū iis que viroꝝ ſunt ſequenti relatiōe pferre. Semiramis que a Nino rege poſtea in matrimonium recepta eſt priuata adhuc habituqꝫ ignobili ad Bactrianū bellū pfecta: vt cum viro eſſet:vna omniū monſtrauit regi quomodo cum hoſtibus breui debellari poſſet. quo ꝟtutis rudimēto regine nomē adepta poſt viri interitum nam ꝛ hoc quoqꝫ traditur quia filio admodum adoleſcenti per ꝙ ſimilis eſſet ſtatura ꝛ oris lineamento ꝓhunc virili habitu ꝛ effigie merita:regnum a Nino relictum nō ſolum tutata eſt:ſed maiorem in modū aluit:lateqꝫ propagauit.

¶ De Amaſi rege Egyptiorum.

Q Uis nō eſt Amaſis miretur prudentiā: fuit is pene vltimus eorum qui priſcis tēporibus Egypti regnū tenuere. is quū omnia Policrati Samiorū tyrāno ꝓſpere fluerent:experireturqꝫ in cūctis fortunā indulgētiſſimā:p litteras vt fertur ꝛemiſit illi omne ius veteris amicitie:teſtatus videre ſe fortunā inſidiari huic:cui tā indulgenter obſequeretur. preuidit rex prudentiſſimus Polycratis exitū at illud quod ſuo regno īminebat:aut nō vidit:aut certe vitare nō potuit.

¶ De Epimenide Cretenſi.

V Jdit Epimenides cretēſis:de cuius ſomno ꝛ etate fabuloſe magis ꝙ ad fidem Greci nō pauca pdiderūt:Munichiā locū athenis natura magis ꝙ opere munitū. multiſqꝫ audiētibus teſtatus eſt ignorare Athenienſes quātas ille locus eſſet clades ciuibus allaturus. quod ſi liquido ſciri poſſet dentibus fuiſſe locū demolituros:ſi manibus nō liceret. fuerit ne diuinatio illa an preſagiū nō facile dixerim. euentus quod ſatis conſtat predicationi nō defuit.

¶ De Timone Athenienſi.

s Jmile quiddā:habuit vox illa Timonis de Alcibiade puero . ꝗ rogatus cur illi vni omniū tam familiariter blādiretur ad omnem occurſum:quia ſcio inquit fore vt aliquando ſit hic patrie calamitoſus. vox dira ꝛ execrabilis:nec ab hominis ingenio: ꝗ humanum genus oderat:aliena. ¶ De fabio maximo.

F Abius ille maximus qui cunctando fregit Punicos in Jtalia ſucceſſus:Varronis conſulis ferocia animaduerſa mltū diuqꝫ precatus dicitur collegam eius paulum Emiliū:ne tenere quippiam fieri ab eo pateretur. preuidere ſe:niſi illius conatibus iretur obuiam:breui fore vt aliquis in Jtalia locus ſupra Trebiam ꝛ Traſimenū Romana inſigniretur clade.

¶ De Scipione Naſica.

a Gebatur Rome occulte in partes de Carthagine funditus delenda. erātqꝫ ea conſulatio in longā ꝛ difficilem diſceptationē. maiore Portio Catone:cui antea priſci fuit nomē:cenſete Car

thaginem delendam vt Roma incolumis eſſet. multiq; pedibus ire in eam ſententiã: Tum Scipio identidem teſtatus dicitur viderent illi qui tã cupide vellent Carthaginem exciſam: ne Po. Ro. emule ⁊ inimice vrbis metu liberatus: in domeſticam laberetur diſcordiam. quod malũ multo priꝰ proſpexit Naſica ac predicauit: ſed fatali neceſſitati ire obuiam nõ potuit

¶ De Hannone Carthaginenſi.

PReuidit ⁊ Hanno Cartha. ſenator nobilis Barchineq; factionis emulus ſecundi belli Punici euentum ſue ciuitati calamitoſum qui Magone Hannibalis penorum ducis fratre in curia referente ceſa inter biennium. cc. millia hoſtium ab Hãnibale: quattuor cõſulares exercitus deletos: magnam Italie partem a Ro. ad Penos defeciſſe: ⁊ vt maior fides ijs que dicerent accederet: quũ tris anulorum modios in curie veſtibulo effudiſſet: interrogatus Hãno ab homine Barchine factionis an belli quod in Italia gererent adhuc peniteret: precunctatus Magonem Hanno dicit equis ex vrbe Roma poſt tot clades acceptas ad Hannibalem veniſſet pacem petiturus? an Rome vlla pacis mentio facta diceret? quum ille vtrumq; negaſſet bellum inquit Hanno tam integrum et periculoſum hodie quam a principio fuit cum Romanis habemus. variatũ diu eſt circa Siciliam priore bello: verũ qualis fuerit exitus nemo eſt veſtrũ qui nõ aut viderit: aut fando audiuerit. et nunc maxime vereor. nam ſi (quod nolim) fortuna variare ceperit. fruſtra pacẽ imploremus: quã nobis vincẽtibus nemo detulit.

¶ De ſtultitia et temeritate. Capitulum. ix.

¶ De Cham Noe filio.

STultus ⁊ demens ne magis an impius fuerit Cham Noe filius ſi quis eius flagitiũ altius cõſideret: equius fortaſſe rem totam penſitet. ego non ſtultũ ſolum aut dementẽ: ſed impiũ etiam iudico: qui patris incaute iacentis verenda nõ ſolum ſpectare potuit: ſed fratribꝰ etiam ad ludibriũ videnda ſubiecit. ſed non tñ voluptatis attulit ſtolido homini breue illud ſpectaculũ: quantũ poſtea triſticie ⁊ meroris ipſi auctori eiuſq; poſteritati iuſta patris vltio: ſeueraq; animaduerſio.

¶ De Moſis ſorore.

M Uliebris fuit intẽperies: ſed ſtulticia non caruit: q Moſis ſoror et femina iam grandis natu temere auſa eſt huic cõuiciũ facere: per quẽ ipſa ⁊ vniuerſa Iudeorum gens exempta fuerat ſeruitio: affuit itaq; cõfeſtim celeſtis vltio: inuaſitq; lepra cõtactum os improbũ mulieris. quod malũ non cõuiatricis oratio: ſed huius in quẽ iniuria immiſſa eſt: ſuſtulit pietas.

¶ De Roboa Solomonis filio.

NEc minus ſtulte Roboas Solomonis filius florentiſſimũ regnum a patre relictum fando perdidit intẽpeſtiuo ad populũ reſponſo. omnis enim preter vnã qua ipſe cenſebat a ſe alienauit Iſraelitarũ tribus. poſtulatũ autem eſt vt laxamẽti aliquid a diuturno labore daret populo. multum enim opere Solomone rege exhauſtum in templo ⁊ regia domo edificãda. ſed ſtultus rex ſtultorum iuuenũ conſilio vſus tam acerbe et inaniter reſpondit: vt regnum

tanta indole a maiorib⁹ cōditum ꝛ auctum ſit cōtinuo in partes ſciſſum. apparuitq́ꝫ nullum maius regnorū preſidium eſſe: q̄ populorum ſtudiū ꝛ beniuolētia: q̄ ſublata nullū diu ſtare poteſt regnum.

¶ De Dauide et Sameia.

D Auid: qui Roboe huius fuit auus: Abſalonis defectiōe regio ſolio turbatus cum cohorte vna Hieroſolymis digreſſus conuicio exceptus eſt ad lapidib⁹ petitus a Sameia quodam. erat is ob Sauli regis propinquitatem in Iudea minime obſcurus is nouitate illa temporum fretus: ſuiq́ꝫ in Dauidem ſtomachi magis q̄ regie maieſtatis memor: imp̄tereuntem temere inuectus probro et lapidum iniectu ſacroſanctum hominē violare eſt auſus. nec dauid eam iniuriā vltus eſt: ſed filius. cui exilio prius: dein capitis ſupplicio debitas Sameia expendit penas.

¶ De Iudeis.

Q Uid preterea minus prudenter fieri potuit: aut magis incipienter: q̄ quod iudei die quo Chriſtus rex ſub Pilato eſt Hieroſolymis affixus cruci: feciſſe dicuntur: qui quū Ro. p̄ſes cūctāter et religioſe de Chriſto ſtatueret: publice teſtatus nihil in ſūdum illud iudicium ad ſe pertinere: vt propoſitum tenerent ab vniuerſa multitudine acclamatum eſt: Sup nos ſanguis eius et filios noſtros: nec impune id ceſſit: pena iuſti ſanguinis per omnē poſteritatem in hunc vſq́ꝫ diem viritim ſparſa.

¶ De eadem gente.

S Ed q̄ inſane hi ſe ꝛ ſuos perpetuo ſupplicio obſtrinxere ſtulta et deteſtabili voce: iam imprudenter et ſtolide poſt aliquos annos eadem gens ſibi exitium peperit: non magis periculoſa defectione a Romanis: q̄ non neceſſaria. ea demum res opes gentis et vrbem orienti clariſſimam funditus euertit. furie ſcelerum execrabilē ciuitatem in eam dementiam adduxerunt: vt vrbs: q̄ caſura erat aliquāto citius caderet. eſſetq́ꝫ eo attrocior lapſus: quo maior fuit delinquētium culpa in Chriſti proditione.

¶ De Herode.

Q Uid Herodes rex: imprudens ne habendus an ſtultus et demens potius et delirus qui pro ſtolidio eum a ſe dimiſit: cuius vita abſolutiſſima fuit virtutis Idea: ipſeq́ꝫ eterni ſit patris ſapientia dic tus: ſed omnium temeritas et ſtulticia mala eſt: regum vero peſſima. vl̄ quia impune peccēt: vel quod ad exemplū multo efficacior ſit q̄ priuata.

¶ De Urſine factionis Regulis.

A Djiciatur his exemplū recens quum hec cōmentaremur Italie rebus fatali magis neceſſitate q̄ hoſtium virtute inſigniter afflictis: Urſina factio in plures Italie principes et populos diffuſa: quum Ceſaris Borgie. ductu et auſpicijs (fuit is Alexandri ſextus filius) militaret: eius ſucceſſum ꝛ potētiam (dubiū ſua ſpōte an alieno īpulſu) nam vtrūq́ꝫ traditur) ſeceſſionē certe p̄ncipes eius factiōis cū ſuis copijs fecere. adduxit ea defectio res Ceſaris in diſcrimē: oēſq́ꝫ eius conatus ſi in p̄poſito manſiſſent: q̄ ab eo defecerāt: facile euerti potuiſſent. Ceterū ſiue ambitio fuit: ſeu fatū poti⁹ fami-

lie:quod vitari non potuit: paucis diebus quibus defectionē oſtenderāt
vltro in fidem redire:ſed ꝙ audacter res mota eſt: in cōſiderateꝗ Ceſa
ris imperiū receptum:tam grauiter eius motus auctores viri alioqui foꝛ
tiſſimi ſpem pacis ſecuti a Ceſare afflicti:ſunt in poteſtatē redacti.

¶ De Ethnicis exemplis. Et pꝛimum. ¶ De Pſyllis.

Ulla gens tam populariter deſipuit vnꝗ nec magis temere ī
N duit arma:ꝙ Pſylli:qui in Aphꝛica circa maioꝛes Syrtis ſe=
des habuerūt.hi(ſi vera ſunt que a ſcriptoꝛibꝰ pꝛodūtur) quia
Auſtrū ventum plus nimio haberēt inuiſum vt ſibi et ſue terre
noxiū:ſumptis armis hoſtiliter in eum ꝓfecti ſunt. ceu vnum aliquem ho
minē ⁊ nō rem incoꝛpoꝛeā peterent. et illi tam ſtulte bellum ventoꝛū vni
intulerūt magno humane mentis ludibꝛio.ſed foꝛtune adhuc maioꝛi victi
ſunt.turbatis enim auſtrino flatu areni ad vnum omnes perire.

¶ De Athenienſibus.

E St ⁊ ipſa ſibi exitialiter oblucinata Attica ciuitas a Piſiſtra
to decepta.diuerberauit ſe ille domi:vt crederet iniuria ab ini
micis affectus. quo aſtu tenuit vt pꝛeſidio ſeptus in publicū ꝓ
diret.ſed dum pꝛiuate ſaluti ſtudioſe cauet credula multitudo
publice oblita eſt. vſus cōceſſis armis eſt piſiſtratus non vt ci
uis:ſed hoſtis.non vt ſe tegeret:ſed vt patriam affligeret: dubium maioꝛ
ne fallendi artifex:an carnifex crudelioꝛ.

¶ De eiſdem Athenienſibus.

Debant ſe purgare ciuitatē ijdem Athenienſes quum ex illuſtri
A bus viris vnum aliquē Oſtraciſmo ex vꝛbe eijciebant.cete ro=
gati ab Ariſtide quo ſuo merito ſe tali afficerēt ignominia: re
ſponſum eſt quia ferre nō poſſumus te vbiꝗ bonum pꝛedicari
ſtultum iudiciū:ſed iudicij defenſio adhuc ſtultioꝛ. vbi enim virtutis laus
grauis eſt ⁊ moleſta:virtus illic grata eſſe non poteſt.fuit illud non viciū
eijcere:ſed alere omni pꝛemio laudis repudiato: quo in pꝛimis gaudet ho
neſtioꝛ vita. ¶ De Gabinis.

Ari vecoꝛdia ac neſcio an maioꝛe etiam Gabini in Italia ſe ⁊
P ſua perdidere dum ſtulte nimis tyꝛanni ⁊ hoſtis filio credunt.
ſtultū fuit callido ciui credere quod Athenienſes fecere.ſed ho
ſti multo ſtultius.nudauit Sextus Tarquiniꝰ vt tranſfuga et
patri iratus feda verberibꝰ terga Gabinis pꝛo cōcione.ſed callidum cōſi
lium pꝛeſſit qđ latebat ſub pectoꝛe. ex hoſte igitur impatoꝛ eſt factꝰ:et qui
pꝛeſidio et ſaluti futurus credebat:excidio fuit Gabinis et exitio.

¶ De Coꝛinthijs.

C Oꝛinthij non ſtulti ſolum ſed demētes etiam habendi:qui non
ſuam:nō Ro.po.virtutē mentiētes:ſed pꝛeſentē animi affectū:
Romanoꝝ legatos ſtercoꝛis iniectu pꝛo cōcione violarūt. pe=
perit itaꝗ iniuria illa Coꝛinthijs excidium. ijs vero in quos ī=
miſſa eſt:laudis incrementū et imperij pꝛopagationem.

¶ De Romana ciuitate.

S Ed omniū populoꝝ alioqui pꝛeſtātiſſimus is qui Ro. quiritū fuit:
quū ſepe alias:tum Senonico tumultu parū ſape viſus eſt.qui tri=

bunitijs actiōib⁹ temere aſſenſus: Fabios a Gallis ad ſuppliciū petitos: q̄ cōtra ius gētiū quū legati eſſent: in ſe arma induiſſēt: nō ſolū dedēdos cenſuit: ſex exercitibus prefecit aduerſus eam gentē quā illi leſerant. per que ſuppliciū paucorū ciuiū in ſeipſum vertit: & feda illa tempeſtas: q̄ cluſinis iminebat: in totius ciuitatis dedecus & cladem redūdauit.

¶ De Claudio principe.

Uit Claudio princip[i] velut ingenita ſtulticia. ſed nihil vnq̄ ſtolidius fecit nec tota vita incōſideratius aliquid q̄ q̄ Domitium Neronem adoptauit: quum Britannicū legitimo toro natū haberet: quem imperij heredem potuit inſtituere. verum pellectus oſculis Agrippine cōiugis facē illam adoptione accendit: qua nō ſolum propria ipſius domus: ſed rome & totus orbis cōflagrauit.

¶ De Agrippina.

Mprudēs is cui⁹ nūc mētio facta eſt: ſed Agrippina: cuius ille illecebris captus ſeipſo dementior factus eſt: nihilo fuit Claudio prudentior. cur ſollicite imperiū filio aſtruenti: futurorūq̄ peritos ſciſcitanti eſſet ne filius Nero imperaturus: fore reſponſum eſt vt imperaret: ſed itavt matrē interficeret. interficiat inquit modo imperet. vox digna Neronis matre: digna Caligule ſorore: que putarit imperanti omnia licere.

¶ De temperantia. Capitulum. x.

Mnis virtus ex vno honeſti fonte eſt. ſed in nulla aliarum virtutum magis decorum illud elucet q̄ ex offi cio naſcitur q̄ in ea quam greci Sophroſijn vocant: noſtri temperantiam. cuius exempla varie in tota vita diffuſa ſunt nam vbicunq̄ id quod decet ſpectatur quod conuenit: quod moderate fit: quod ſedate tempeſtiueq̄ ad hanc virtutem pertinet: de qua nunc futurus eſt ſermo.

¶ De Habrahamo.

Et vt a vetuſtiſſimo ordiar exemplo: qua animi moderatiōe Habraamū fuiſſe nos credere oportet: qui nouus hoſpes & omnib⁹ ignotus Egyptum cum Sarra cōiuge ingreſſus: vir aliene leg[is] alieniq̄ inſtituti adeo dextere accurateq̄ cū ſacerdotibus eius gentis eſt cōgreſſus: deq̄ diuinis & humanis rebus appellatus grauiter et penſiculate diſſeruit: vt totus ille ordo qui ſecūdus fuit a rege: in ea gēte pegrinū hoiē nō ſolū coleret: ſ[ed] vehement[er] venerare[tur] nefaſq̄ etiā ducerēt vt tāta in vno viro modeſtia frugiq̄ ſa pictia ab vllo violaretur. q̄ opinio nō ſolum illi ad ſalutem profuit: ſed ad pudorem etiā & pudicitiam cōiugis in perdita gentis libidine tuendam. ¶ De Moſe.

Uid Moſes nū obſequiū illi defnit in Pharaonis aula: cui per adoptionē fuerat inſertus? num impio virtus? in exilio pietas? in aſſerendo iudeorū gente ſolertia? aut in cōtumacia huius corrigenda ſanctitas? in ſcribendis legibus prudentia? enimuero tam idoneus in ſingulis apparuit vt ad oīa natus videretur. q̄d aut tēperantia: aut nulla alia potuit virtus homini preſtare: alie eīn virtutes alio tpe exigūtur. hec ſemp & in qualibet vite pte eluceat neceſſe eſt.

¶ De tribus pueris Hebraici ſanguinis.

VIderunt nempe aliquid tres illi Hebraice gentis pueri(nã omnia in omnibꝰ ſunt non oĩa in ſingulis (qui leguminibꝰ ⁊ hortenſibus herbis veſci: ꝗ͂ regijs epulis ſaginari maluerũt: non tam(credo)vt patriũ morem tuereñ:ꝗ͂ ꝙ perſuaſum habuere: omnẽ luxuriam et ciboꝝ intemperiẽ inutilem eſſe corpori: ſed ad morũ ꝓfectum nõ modo non vtilem:ſed vehemẽter etiam pernitioſam.

¶ De Chriſto.

SEd nullum(vt puto)exemplũ poteſt cum Chriſti vita cõparari.nunꝗ͂ riſiſſe dicitꝰ:raro fleuiſſe. infremuit tamẽ aliquãdo humanitas que in eo fuit.ipſe ſemꝑ idem: atqꝫ is qui tenorem illum temperãtie ⁊ mentis equanimitatẽ tota vita cuſtodiuit.in corruptam ⁊ incorruptam ſeruauit.

¶ De Tatheo Chriſti diſcipulo.

FVit Chriſti diſcipulus Tatheus: atqꝫ in eo vere diſcipulꝰ:qui ad Abagarũ miſſus Edeſſenoꝝ toparcham traxit ſua predicatione ⁊ principẽ ipſum gentis et multos cum eo ad vere pietatis cultum.obtulit itaqꝫ illi abeũti Abagarus certũ auri pondus viatici nomine.repudiauit id totum Tatheus: adiecitqꝫ nõ videre ſe quomõ qui vltro ſua relinquũt:accipere poſſint aut debeant aliena.

¶ De Gregorio Ro.pontifice.

AD hoc quoqꝫ dogma pertinet illud gregorij Ro.põtificis temperamentũ. qui in põtificia dignitate ſublim:qꝫ humane pietatis arce cõſtitutus: ita faſtigium illud honoris abiectione miſcuit:vt ſeruoꝝ dei ſe ſeruũ dixerit. appellationẽ non modo nõ inuidioſam: ſed etiam grato duarum diuerſarũ rerum temperamẽto vehemẽter popularem. De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Socrate.

SOcrates nec riſit vnꝗ͂ in tota vita nec fleuit.quin vno ſemꝑ eodemqꝫ vultu viſus.mirum videri poſſit:ꝙ eximiã illã animi temperiẽ:neqꝫ nuptialis letitia variare potuit : neqꝫ triſtitia illius diei quo venenum hauſit.vſqꝫ adeo natura illa omni perturbatione caruit.quod eo maiore ſit admiratione dignũ:quo inſolentior fuit illi cõiunx:filijqꝫ ſtolidiores ꝗ͂ ceteris. ¶ De Phocione Athenieñ.

PAr animi tẽperamentũ in Phocione Athenieñſi fuiſſe proditum eſt.idẽ oris habitus in eo ſemper obſeruatus.nõ ridere : nõ flere quiſꝗ͂ eum temere vidit.tanta in eo fuit aut cõſtantia:aut obſeruantia decori. ¶ De Ageſilao Lacedemonio.

POteſt Ageſilaus Lacedemoniꝰ cenſeri in hoc gñe laudis. cui niſi multũ tẽperãtie ſuꝑfuiſſet:nunꝗ͂ in perpetuo illo felicitatꝫ curſu(nemo enim Grecorum ſepius vicit hoſtem)adeptus eſſet vt ab omnibꝰ plurimũ diligeretur. eſt enim inuidia felicitatis comes. ſed vnius hoĩs tẽperãtia in letis rebus: nullũ locũ reliqͭt inuidie.

¶ De Romulo.

PAuci haud dubie reperti ſunt quibus in vniuerſum laus hec contigerit , alij alia parte vite magnum ex hac virtute nomen

repoꝛtarũt. Etenim qs nõ tẽperantẽ Romulũ fuiſſe iudicet: q́ ſciat octin gentis ꝛ amplius Sabinis raptis vna contẽtum fuiſſe Herſilia: atq3 ea iam adulta ꝛ que alterius (vt creditur) fuerit vxoꝛ: aut quis nõ vni parciſ ſimũ: qui i cõuiuio quodã vrbane increpitus ꝙ parcius potaret: ego inqt quantũ volui bibi: nõ quantum potui.

¶ De Alexandro magno.

Unq3 in cõuiuio Clytus periiſſet. ſiſi Macedo tam vini tempe rans fuiſſet ꝙ veneris. quippe q́ quum Darij hoſtis coniugem omniũ feminarũ que etate illa fuerũt pulcherrimã: filiaſq3 vir gines cum caſtris cepiſſet: tam ſancte eas vidit ac penes ſe ha buit: ꝙ ſoꝛoꝛes aut filias. ad poſtremũ victoꝛiã adeptus: filiarũ vnam ſibi matrimonio iunxit: nõ libidinẽ (vt credere eſt) ſ3 officiũ ſecutus.

¶ De Aphꝛicano maioꝛe.

m Agnũ ꝛ Scipionis exemplũ in hac parte qui maioꝛ eſt Aphꝛi canus dictus Carthagine in hiſpania ex hoſte capta: virginem ex captiuis vnã elegãti facie ad ſe pductã: vbi que eſſet audiuit: et cui viro deſponſa (erat is Celtiberoꝛũ longe princeps: ceterũ Ro. nominis hoſtis) puellã ſeruari iuſſit: ac ſancte cuſtodiri: reſtituitq3 eã cum auro qð pꝛo ea dabatur: adoleſcẽti ſub fide Carthaginẽ accerſito. cõ ciliauit exemplũ illud tẽperantie munificentieq3 nõ vulgaris: nõ vnius vi ri ſolum: qui beneficiũ acceperat: ſed magne etiã hiſpanie partis ſtudium et fauoꝛem: vt tam amica iam inde fuerit Ro. po. ꝙ antea fuerat inimica.

¶ De intemperantia. Capitulum. xi.

¶ De primis parentibus.

Am feda res ſit intẽperãtia (voluptati enim famulatur) ꝙ homini grauis ꝛ calamitoſa pꝛimoꝝ parentũ infelix demõ ſtrat exitus. qui lege aberrantes ſibi ꝛ omni poſteritati exi tium peperere. iuſſi fuerant hi ab initio vite ligno abſtinere nõ potuit cõtumax animal ꝛ pꝛonũ in vetitum aut certe no luit ab eo guſtu tẽperare. moꝛs pꝛoinde auctoꝛibus culpe inde oꝛta eſt. per clades attigit oẽ humanũ genus. pauci deliquere: ſed penam innumeri luerunt.

¶ De Loth Sodomei cõiuge.

p Erdidit Solomean ciuitatem fũdituſq3 euertit obſcene libidĩs intẽperies. vnus cũ tota domo: q3 caſtus ꝛ oĩs culpe expers: ſer uari potuiſſet ſi a tam caſta domo ĩtẽperãtia abfuiſſet. vna iuſtiſ ſimi cõiunx viri repta eſt i tam pio fugientiũ comitatu que ocu lis temperare nõ potuit. ſed hec ſibi nõ ſuis deliquit. oculoꝝ lubꝛicitas et inconſtãtia cũ toto coꝛpe in molẽ abijt lapidis: ꝑpetuũq3 rigoꝛem.

¶ De Suſanne calumnia.

m Ulto fedioꝛ deteſtabilioꝛq3 fuit duoꝛum ſenũ immoderata li bido: quãto ſcilicet a pſona quã gerebãt ꝛ etate magis aliena. hi Suſannã foꝛte intuiti ſe lauantẽ (erat hec Tobie cõiunx mu lier pꝛeſtanti foꝛma ſ3 pudicitia adhuc pꝛeſtãtioꝛe) ſubijt vtrũ q3 mala libido mulieris vitiãde. hic vbi omnia turpitudini ob ſepta vide runt: calũniam mulieri intẽdũt. ceu adulterij cõpertã ad populũ ream pꝛ

ducũt. ſed dedecus et ſuppliciũ quod inſonti parabaꝛ in accuſatoꝝ perniciem vertit celi prouidentia.

¶ De Iudeorum illicito congreſſu.

IUdeis exitialis fuit intẽpeſtiua ⁊ vetita illa libido. qui ducis imperiũ ⁊ leges aſpnati cum Moabitaꝝ feminis cõcubuere. nec multi ſe piaculo obſtrinxerũt: ceterum celeſtis vltio que breui ſecuta eſt inumeros afflixit. ¶ De Dauide.

NEc Dauid rex impune tulit vetite libidinis offenſam in Urie cõiuge: que regni diſceptatione domeſticoq; cruore vix demum expiata eſt. ¶ De Sichimitis.

MIior vltio Sichimitas cum ſuo rege afflixit: Dina Iſraelis filia ad ſtuprũ violẽter rapta. accidit tum Sichimitis (nam a regio iuuene ea iniuria orta eſt) quod ⁊ Grecis ad Troiam ſedẽtibus. vbi quicq̄d reges delinquebant: ij qui ſub regibus erant: pendere coacti ſunt. ¶ De duobus filijs Helij ſacerdotis.

OPhinius et Phinees Helij ſacerdotis filij nõ ſolum populariũ ſuarũ ſacra adeuntiũ pudicitiã petulãter id ceſſuere: ſed ne a ſacra quidẽ pecunia violanda ſacrilegas manus abſtinuere. graue ſcelus: ſed pena non minus grauis: quam ipſi et pater: qui ſacrilegos ferre potuit filios: cum tota gente expẽdit. ſiquidẽ iudei magna occidione occiſi ſunt. ⁊ in his Heliani fratres dire illius culpe auctores arca federis amiſſa ſenex Helius impar dolori e ſolio precipitat⁹ mortẽ obijt.

¶ De Romilda Siſulphi coniuge.

NEc muliebris ſext⁹ vacat in hac parte exemplis. ſed nos vno cõtenti erimus. aſſidebat hoſtiliter Cancan⁹ rex Bauarũ Iulienſibus: qui munitiſſimã habeant vrbem in Uenetie receſſu. eratq; totius rei ſumma penes Romildã. que Siſulphi Langobardoꝝ ducis fuit vxor. hunc Cãcanus nõ multo prius prelio victum interfecerat. Romilda hoſtis pulchritudine capta: quem viderat muris obequitãtẽ: vrbem hoſti tradidit cum duobus filijs et pncipali gaza ſpem cõnubij ſecuta: quod occulte cum Bauaro pepigerat. preſtitit fidem Bauarus: ac noctẽ vnam pro legittima habuit cõiuge. ceterũ mulieris intem periẽ deteſtatus: que omnẽ ⁊ gentis ſue et filiorũ fortunã intẽpeſtiuis nuptijs poſthabuiſſet: duodecim robuſtiſſimis militibus vexãdam tradidit: atq; per hec male affectam paulo poſtmodũ deſijt.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Paridis intemperantia.

STetiſſent Pergama: Priamiq; regia diutius: niſi Paris in alienos tauros intẽperantior fuiſſet: ⁊ ſi imodice cupiditati reſtitiſſet. peregrine femine forma captus: potius eſt optato. ſed ea res non tantũ voluptatis ſecum attulit. quantũ meroris et triſticie: cũ ipſius iniurie auctori: tũ patrie vniuerſe: que Aſiã et Europam decẽnali bello exercuit. ⁊ demum euertit.

¶ De Sexto Tarquinio.

TAm improba libido ac neſcio an maior etiam ſubegit Sextũ Tarquiniũ ad ſtuprũ p vim Lucrecie inferendũ. in quo eo maius flagi=

tium extitit: quo minus nec q̄ꝙ Lede filia: ſi vera ſunt que de eius raptu poete memorarũt, aliene libidini cõniuebat. exitus nõ minus huic q̄ illi funeſtus fuit: in eo diuerſus ꝙ Paridis facin⁹ exitiũ patrie attulit: Tarquiniꝗ Rome libertatẽ ſibi et ſuis exitum.

¶ De Semiramide.

MAgna in feminis intempantia omni euo obſeruata. nihil Semiramide clarius. in nulla vnq̄ femina maior apparuit indoles. Ceterũ tam effrenata et intemperãs libido vt domeſticũ equũ libidinis cauſa adamarit: filiũq̄ ad inceſtũ conata ſit alicere. ſed filius ab inceſta matre debitas exegit penas vel vna re maxime dignus: qui tantũ imperiũ teneret: qui matrẽ necare maluerit q̄ inceſtare.

¶ De Meſſalina claudij.

AT huius ſexus nulla intempantior fuit Meſſalina Claudij principis. in nulla poꝛtẽtior libido q̄ vt ad ſacietatẽ expleret Lyciſce pſtitute mulieris nomẽ mẽtita ſepe lupanar ſub noctẽ adijt: ⁊ quod omniũ fediſſime fecit: cum famoſiſſimis meretricij queſtus ſcortis coitu certauit: ex re fediſſima palmã ſibi querẽs. libidinoſio ⁊ foꝛtaſſe Semiramide: ſed vite exitu nihilo felicior.

¶ De Fauſtina Antonij principis.

FAuſtina pari rerum faſtigio locata: nec Antonij principis non modo principũ ſed omniũ moꝛtaliũ optimi qui etate illa fuerunt: neq̄ patris memor qui ⁊ ipſe rerũ Rome potitus eſt: adeo in Venerẽ preceps abijt: vt in Caietano receſſu nautas ſibi cõditione quereret. ſed huic ſuum ſcelus impune ceſſit: nõ quia in occulto eſſet id flagitiũ: ſed quia vltor defuit. admonitus Antoni⁹ domeſtici probri: aut eſt inquit id dedecus ferẽdum: aut reſtituendũ eſt imperiũ quod ab ea accepi.

¶ De Maſiniſſa Rege: et Sophoniſba.

INtempeſtiuis nuptijs iunxit ſibi Sophoniſbã Maſiniſſa rex. ſed q̄ feſtinatũ fuit id cõnubium: tam celerem inuenit exitũ: atq̄ hũc eipſum triſtem et infelicem: nõ minus ſane q̄ Siphax predixit et optauit qui puelle cõnubio exciderat.

Quarti Exemploꝝ libri Finis.

¶ Marci Antonij Sabellici exemploꝝ liber quintus.

R ELatis ac velut in medio poſitis de religiõe exemplis: de q̄ primis virtutib⁹ que ex fonte manant honeſti: nihil abſurdũ ſit (arbitror) neq̄ a cõſilio propoſiti operis alienum eaꝝ virtutũ quas theologicas vocant: ſubtexere exempla. in quib⁹ tantũ pollet charitas vt ea ſublata nulla cõſtare poſſit virtus hominĩ: vt Tarſenſis Paulus tam vere q̄ pie prodidit.

¶ De charitate in deum. Capitulum. j.

¶ De Habraamo.

VNicus erat Habraamo filius. hunc ipſum ere admonuit immolandũ celeſti voce monit⁹ dediſſetq̄ haud dubie in holocauſtũ quod chariſſimũ illi fuit in terris: niſi pbata celo ſenis ipſius pietate recẽti monitu vetitus eſſet filiũ ſacrificare. preclarũ documentũ omnia que hominũ ſunt: pro deo debe-

ri: vel quia oĩm terreſtriũ ſit bonoꝝ auctor: vel ꝙ eternorũ pro meritis diſtributor.

¶ De Helio ſacerdote.

HElius Judeoꝝ ſacerdos nũciata filiorũ cede: qui in Philiſteoꝝ pugna mortẽ occubuerũt: doluit eque ac debuit: acceſſit et illud doloris cumulo ꝙ pars multo maxima Hebraici exercitus eadẽ acie cõciderat: eratq; tamẽ ſenex adhuc par dolori. verũ vbi arca federis victa eſt hoſtibus ceſſiſſe: ne profligate religioni ſupeſſet: ſolio ſe precipitauit. tanto maior fuit in eo diuinaꝝ rerum q̃ terreſtriũ affect⁹.

¶ De Dauide Rege.

SEd q̃ vehemens fuit in ſacerdote dolor ob arcam bello amiſſam: tãta nec minor in rege memorabilis leticia illa diuinitus recepta. enĩuero Dauid quũ rem popularẽ et antique pietatis teſtem regie vrbi ſolẽni ꝑ pompa inferret. pre nimio religionis affectu ſaltauit et luſit tanq̃ vnus e plebe.

¶ De eodem.

CEſtinauit idem rex auguſtiſſimũ deo templũ clare inter ſuos teſtatus nefas eſſe ⁊ ab omni pietate alienũ ſe domũ habitare cedrinis trabibus fultam: monumentũ vero diuini federis: in quo caput et ſumma religionis ſita eſſet: ſub pellibus cõtineri.

¶ De Machabeorum matre.

EDidit ⁊ Machabeorũ mater non vulgare charitatis exemplũ in gentili pietate tuenda. quippe que ſeptẽ filijs auctor fuit vt per ſupplicia et cruciatus mallent mori q̃ veri dei cultũ abnegarent: fuitq; id manũ in femina: ſed illud multo maius ꝙ talem extremis cruciatib⁹ obtulit veritatis ſtudio ⁊ amore incẽſa: quales eos qui eius impulſu tam pulcre ſeſe morti obtulerant: eſſe voluit et optauit.

¶ De Paulo apoſtolo.

PAulus Tarſenſis ꝓphetico oraculo edoctus fore vt ſi Hieroſolyma ꝓficiſceret̃ infenſe acceptus multo ĩſenſius vexaretur ob Chriſti nomen: prexit tamẽ porro ire non erũnam non cruciatum ꝑtimeſcens vllum vere pietatis doctor et aſſertor acerrimus. dignus vel hoc diuine charitatis exemplo qui plus viderit: q̃ fas ſit homini loqui.

¶ De Martyrum charitate in deum.

SEd quid attinet de vno aut altero idem ꝑdicare? per hec enim exempla Chriſtiana pietas in immẽſum creuit. Petrus Bariona et frater: crucis patibulũ nõ modo nõ recuſarũt: ſed vehemẽter etiam optaſſe tradũtur charitatẽ ſecuti hic alius ex faſtigio templi precipitat⁹ fuſtibus ad necẽ ceditur. ille feruẽtis olei dolio imerſus pertulit cruciatũ. telis quidã cõfoſſi martyriũ tulere. multi lapidibus obruti alij flammis: ferro: fluctibus ꝑempti. genus mortis his diſpar: ſed charitatis ſtudium idem omnibus.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primo.

¶ De Conmbenſibus ⁊ Tentiritis.

QUe in his pietas vocanda eſt: in ceteris gentibus ſupſtitio dici poteſt. ſed nec in manifeſto delirio defuit illis qualiſcũq; dicenda charitas. Cõbenſes ⁊ Tentirite dum ſuos vtriq; deos ꝑtinacius tuẽtur: non ſolũ ſe mutuo oderũt: ſed deos ipſos q̃ ab hoſtib⁹ colerent̃. funeſtaq; iter

ſe pugna cõgreſſi ne a ꝓfuſi ſanguinis lamptu eſuꝙ hoſtiliũ carminũ abſtinuerũt. ¶ De Metello Pontifice.

M Etellus pontifex Veſtali ede fortuito igni flagrante per medias flãmas Palladiũ incendio ſubſtraxit. cellit illi audax conatus ꝓſpere. nam dee ſimulacrũ ſeruauit. ſed res felicius ceſſiſſet: ſi viſũ nõ amiſiſſet. fuit tamẽ clades illa religioſe mentis et imodice charitatis in deam teſtis locupletiſſima. fuit ⁊ ornamẽto. datũ eſt enim vt curru veheref in curiã. qui honor nulli eius ordinis ad id tempus cõtigerat. ¶ De Po. Ro. in ſuos deos charitate.

N On tribunitia poteſtas: non auctoritas ſenatus cõſenſus ve optimatiũ potuit po. Ro. impellere: vt Manliũ Capitolinũ ꝑduelliõis rerum ſuffragijs dãnaret: quoad Capitoliũ ab illo olim ſeruatũ cõſpici potuit. tanta tunc fuit Romane ciuitatis in deos (quoꝝ illa erat ſedes) charitas. ¶ De Cella Jouis.

P Ari affectu eadem cella Jouis ab Herdonio Sabino et exulibus eſt morte cõſulis magnoꝙ totius ciuitatis ſtudio recepta. vt non maiori cure fuerit Quiritibus ſeipſos qui obſidebanf: ꝗ obſeſſos deos ab iniuria vindicare.

¶ De Ceritibus.

C Erites nõ alio ſunt merito Romana ciuitate donati: ꝗ ꝙ hi Senonico bello Romana tutati eſſent ſacra. non potuit populi omni virtutũ genere preſtãtiſſimi maius vllum charitatis exemplũ in deos extare: ꝗ ꝙ omne ſolẽne ſacrorũ inſtitutũ cerimoniã dixerit ab ea vrbe: per quã ſacra ipſa ſeruari contigiſſet: illiuſꝙ homines in ciuiũ Ro. numerũ et dignationẽ aſciuerit.

¶ De charitate erga homines. Capitulum. ij.

A Ge nunc ⁊ que hominũ charitas in homines fuerit: breui explicatione cenſeamus. ¶ De Jonatha Sauli filio.

Q Uam charus fuerit Dauid adoleſcens adhuc ⁊ priuatus Jonate: qui Sauli regis fuit fili⁹: ex eo poteſt intelligi: ꝙ neꝙ patris ſupbia ipſi etiam filio formidanda: neꝙ crudele illius imperiũ: quo Dauidis vita petebaf: potuit iuuenẽ ꝓpoſito auertere: quin naſcẽtis regis curas: eaſdemꝙ amico exitiales non cõfeſtim ei patefaceret. vt nihil tam ſubitũ infenſiſſimus rex de eo ſtatuerit: qđ nõ ille tẽpeſtiue Jonathe ſtudio cauerit. ¶ De Dauide.

S Ed qualem ꝓuatus Jonatham expertus eſt Dauid; talem ipſe iam rex regnum adeptus: ſepe preſtitit omni iudeoꝝ genti. nam quũ oraculo terror non vnus ſibi in ſuis proponeref: famis: cedis: peſtilẽtie: eam cladem minus auerſatus eſt: que cum plebe et omni multitudine eſſet ſibi cõmunis. ¶ De Abdia.

C Raſſabaf Jezabelis ira in ꝓphetas: et iam plus nimio illa temporũ diritas per innocentiũ euagabaf capita. quũ in tanto metu vnus extitit qui innocentiã occulte quãdo aperta vi nõ poterat: tueref. Abdias vir iuſtus neꝙ impenſam grauat⁹: neꝙ Jezabelis iram veritus: centum latitantes ꝓphetas inſigni charitate protexit et aluit. ¶ De Thobia.

EST ⁊ Thobie charitas rari admodū exempli qui Babylonica captiuitate ſuos populares egenos et afflictos cōſolabatꝰ ſubleuabatq; proprijs fortunis. mortuos hic ⁊ ſepeliebat. preſtititq; ea pietas verum incolumē a Senacharibis ſeuitia: vt vis illa vniuerſe genti alioqui infeſta vnum virum nō attigerit.

De Jeſu Nazareno.

CHriſtus rex deus idem et homo docuit humanū genus charitatem eſſe omniū virtutū maximā nec tantū docuit ſʒ precepit etiā preceptiq; exemplū prodidit qui humanitate recepta inumeros labores ⁊ erūnas tulit: vt homo qui ſua culpa ruerat: aliena ope reſtitueretur.

De Jo. Zebedei filio.

JO. Zebedei filius optimi magiſtri diſcipulꝰ magnū et ipſe edidit charitatis exemplū. admouerat adoleſcentē baptiſmo neſcio quem: admotūq; et inſignitū ſacramento: ſacrorꝫ antiſtiti cōmendauit. cuius in curia piorū cetu aberrās ad latrones reuerſus eſt. tulit eque ac debuit dolenter ſenex pientiſſimus Neophyti preuaricationē. latronūq; ſeuitiam nihil veritus ꝑ deuia loca et inſidioſa errantē requiſiuit: inuentū ad cultum pietatis retraxit: reſtituitq; ouem que perierat ouili dñico.

De Paulo Nolano antiſtite.

QUe charitas maior eſſe poteſt ꝙ ſi quis ita affectus ſit: vt vltro ſeruire velit ne alius ſeruiat? talis fuiſſe ꝓditur Paulinus Nolanus antiſtes. qui vt vidue filiū redimeret: ipſe in Aphrica diutiſſime ſeruiuit.

De diuo Bernardino.

BErnardinus Senenſis prima ſanctitatis rudimēta ꝑ hec apud ciues depoſuit ſuos. quū enim Sene Hetruſce graui peſtilentia vaſtarentꝰ: duodenis comitatus iuuenibꝰ: quos ſibi ad piū opus delegerat: circuire egrotantiū domos: languētes et grauiter affectos cōſolari. egeſtate laborātibus ſubuenire. ſepelire defunctos. paratus oēs ſubire caſus quo terra illa lues ſe temere ingerentibꝰ importare potuiſſet.

De Paſnuſio Abbate.

MAgno virtutis huius exemplo ac ſemper memorabili Paſnuſius abbas Thaidem nobile ſcortū a meretricio queſtu ad penitentiā compulit. qui ſecreto ab ea impetrato metū ⁊ trepidationē ſimulans idētidem ab ea querere: an ſi cōgrederentꝰ: eos viſurꝰ eſſet aliquis? quū negaret illa ab vllo ſe videri preterq; ab ipſo deo: qui oīa cerneret: omnia ſciret. ergo inquit ille credis deum nihil latere: ⁊ coram ipſo peccare nō erubeſcis qui tua puniet ⁊ omniū ſcelera? eſt enim iuſtiſſimꝰ. ſubijt meretricis animū tempeſtiuus Paſnuſij exprobratio: abortiſq; lachrymis illico penitentiā egit.

De Anaſtaſia.

ANaſtaſia Romana mulier nobili loco orta: quia virum ſortita eſt ſui diſſimilē Chriſtianeq; pietati infeſtum: occulte egrotos circuire. carcereſq; inuiſens reorū cathenas oſculari: leuareq; eorū deſideria cibo potu: et corporꝫ tegumentis.

De Ethnicis exemplis.

De Phō: qui ad omnē hominū occurſum fleuiſſe dicitꝰ.

HEc fuit hu9 virtutis expers veteru philoſophoꝝ quiſq́s fuit: q̄ ad omnē hominū occurſum fleuiſſe dicitur. dolebat ille (quis igno rat?) ꝙ nihil ſani eſſet in vita: nihil in hoīe nō caducū: fluxum: ⁊ deceptibile. flere ille itaq̃ hominū mala meliore haud dubie af fectu ꝙ̄ Democritus: qui hec eadē ridebat. nam hic cōtemptuz arguit ⁊ ſtulticiam: ille iuſticiā ⁊ charitatem. ¶ De Xerxe Rege.

FLeuit ⁊ Xerxes in Abydenis cāpis quū partē multo maximaz orientis ſubiectam haberet oculis: ſub ſignis ſtantez. teſtatus ſe nō felicitatē ſuā flere: ꝙ tot gētibus imperare cōtigiſſet: ſed tot hoīm ſortē. q̄ quū iueniri eſſent: ad breue tp̄s: aut facto: aut alia vi eſſent oīno defuncti. ¶ De Hānibale Carthaginēſiū Duce.

Annibal Carthaginēſiū dux: is qui Punica cū Romanis bel
h la preceſſit: exercitu in Sicilia āmiſſo nō ſtulticia ⁊ ignauia: ſꝫ
peſtilētia domū reuerſus ſuorū caſu in curia expoſito: nō ſup-
plicium verit9 (nā fatali neceſſitati nemo repugnat) ſed amiſſorum militū charitate vitā laqueo finiuit. dignus q̄ nō ſolū incolumi exercitu: quē tāto pere dilexit: ſꝫ victore etiā Carthaginē remeaſſet. ¶ De Paulo Emilio.

POtuit ⁊ Emylius Paulus Cānenſi acie tā etſi vulneratus: vi uus tn̄ et oīs culpe expers in tutū euadere. ſed legionibus ceſis noluit: repudiato equo qui illi ad fugā a Lentulo deferebatur. quinimmo ſaxo ſedēs macte inquit iſta virtute. L. Corneli. abi nuncia publice patribus vt vrbē Romā muniāt: firmēq̄ preſi diis ante hoſtis aduentum. meq̄ (vt decet) finito inter meos milites expi rare. mira imperatoris charitas: qui nō potuit patrie que ſuperſtes erat: nō eſſe memor paulo poſt expiraturus. ¶ De Aphricano Maiore.

TAlis maior Aphrican9. cuius vox illa nota eſt: malle ſe vnū ciuem ſeruare: ꝙ̄ mille hoſtes perdere. ¶ De Catone minore.

CEſare circa Dyrrachiū fuſo: quū ceteri Pōpeiani leticia exul tarent ob rem bene geſtam: ſolus Cato Ceſarianorū cadaue ra intuitus: quia ciues eſſent et fortes alioqui viri: temperare lachrymis nō potuit. ¶ De Nicia Athenienſi.

Icias Athenienſis Corinthiis prelio victis: quū moris eſſet eoꝝ
n qui viciſſent: tropheū vbi victoria parta eſſet: ſibi erigere (q̄ ho-
nor his adimebatur: qui precario aliq̄d ab hoſte petiiſſent) aſp-
natus eſt id decus. vt duorum ciuium cadauera quibus hoſtes potiti fuerant: ſepultura mandarentur. ¶ De Phocione Athenienſi.

Uit aliorū ciuiū charitas in alios. ſed nullius (vt arbitror) i om
f nes preterꝙ̄ Athenienſis Phociōis. q̄ nō modo quēq̄ ex Atti-
ca ciuitate leſit: ſed ne odit quidē quū graues alioqui cōtētiōes ab eo ſepe ſuſcepte eſſent reipu. cauſa: ſed oēs hūanos affectus ſuoꝝ ciuiū charitati cēſuit poſthabēdos.

¶ De Charitate erga inimicos. Ca. iii. ¶ De chriſto.

Iligite veſtros inimicos dixit doctor ille ſummus hūane-
d q̃ auctor ſalutis atq̃ his benefacite: qui vos oderūt: ſed ꝙ̄
id ſctē precepit: tā integre ꝑceptor optimus ſeruauit. nota vox eius quū ab impiis cruci affigeret: ignoſce inquit his

pater:non eñ vident quid agāt.exemplū ſane vnicū atq3 omniū pſtātiſſimū: ⁊ quod ſi qs rite obſeruet:deo multo ſimilius ꝙ homini ſit.

¶ De Ioſippo.

IOſippus Iſraelis filiꝰ magnū ⁊ ipſe equanimitatis huiꝰ edidit exēplū.qui in puteū a fratribꝰ deiectus:mox ⁊ Iſmaelitis vēditus:tñ abſuit vt eam vltus ſit iniuriā:quā vlciſci potuit: vt qui ſe ꝑdiderant(ꝑdiderūt eñ quantū in eis fuit)Egyptū ingreſſos frumētandi cauſa tū pio excepit affectu: ꝙ nō multo poſt decrepitū pr̄em quē ex Chananea terra ꝓfectum in amenīſſima eius terre ꝑte cū tota domo collocauit.

¶ De moſe.

m Moſes ab eo ꝓgnatus adeo populū:quē tum ducebat:dilexit imperium detrectātem ⁊ in ſe īnaniter ſeuientē ſepius a celeſti vltiōe precibꝰ eruauit. vt neſcias ſanctioꝛ ne fuerit Moſes in ſuorum pena depꝛecāda:an in vindicāda libertate foꝛtioꝛ.

¶ De Dauide adhuc adoleſcente.

NEmo vbiq3 magis hoī fuit infeſtus ꝙ Saulꝰ Dauidi inuidia q̄ ceca eſt:armauit inſanū regē ⁊ furioſū aduerſus diuinā adoleſcētis indolē.inſectabať robuſtꝰ rex ꝓuatū iuuenē ꝑ equa ⁊ iniqua. cōtra Dauid ſepe regē ex occaſiōe adeptꝰ iīurie obnoxiū vltione abſtinuit.defunctū luxit.laudauitq3 eos:q̄ eiꝰ cadauer in ſepultū iacere nō paſſi:hūi cōdidiſſēt.

¶ De pꝛophete in Hieroboam charitate.

ARripuit ad ſuppliciū ex ꝓphetis vnū Hieroboas rex ab eo reprehenſus ꝙ demonibꝰ ſacrificaret. ſimulq3 nefas ille impauit manus:qua ſignū ille dederat: repente obtoꝛpuit. ceterū nulla alterius ope ſeuus rex clade illa ſeruatꝰ eſt:ꝙ ꝓphete(qui violandus erat)ꝓce.

¶ De Iacobo Alphei filio.

QUid Iacobus Alphei filius an non ex tēpli pinnaculo pꝛecipitatꝰ quū violento caſu afflictus fuſtibus cedereť:doctoꝛis ſui exemplū imitatus pꝛo ꝑcuſſoꝛibus pꝛeces effudit?

¶ De Sabino Martyꝛe.

E EOdem charitatis ardoꝛe Vetuſtianus Tuſcie pꝛeſes Sabini Aſiſiatis antiſtitis cui manus pꝛeciderat: ab oculoꝝ cecitate pia pꝛecatiōe ſeruatus eſt.

¶ De Pergentio:et fratre.

VIdit ⁊ Aretiū in Hetruria non vulgarē charitatis ſpeciē. quū Pergentiꝰ et frater ſub Decio toꝛquerenť:toꝛtoꝝ manus:que medio verberatu obtoꝛpuerāt:ſuis reſtituerūt pꝛecibus magis de inimicoꝝ ſalute ꝙ de ſuo ipſoꝝ ſupplicio ſolliciti.

t

¶ De Chꝛiſtiana virgine.

n NEc minoꝛ admiratio ſubeat: ſi quis piū Chꝛiſtine virginis facinus ſecū reputet. que vituperarū mgr̄m extinctū ſeuo earū moꝛſu:quas ille ad ſuppliciū in ſe cōcitarat:ſuis reſtituit pꝛecibus.

¶ De Anatolia.

S SIc Anatolia ex toꝛtoꝛibꝰ vnū ſerpentis nexu: cui obiecta eſt: arctius vinctū ſpiriſq3 et moꝛſibus terre alliſum: ac neci pꝛoximū:bellua ab eo tēpeſtina pꝛece remota ꝓculq3 fugata:periculo ſeruauit.

¶ De Agnete virgine.

Illudebat Agnetis virginitati ceteris petuliātior ex miniſtris ꝛ tortoribus vnus. mediaqꝫ collutatione eſt is a demone vita priuatus: dum alienū ſecutus imperiū: puelle virginitatē conatur adimere: deprecata tamē nihilominus illa: et defuncto vitā precibus impetrauit.

¶ De Eugenia.

Eſt etiā num Eugenie exēplū nō parū inſigne. diu hec monaſtico habitu caſte inter monachos vixit. ceterū ſepius a Melātia matrona impudice appellata: q: inceſtos femine cōgreſſus ꝑtinaciter auerſaret: ab ea inſimulat tanq̄ ſue pudicitie inſidiata eſſet per que Eugenia indiſcrimē adducta: primū petijſſe dicitur: ne ea calūnia cuiqꝫ eſſet fraudi: ſi veritas in medio poneretur. inde muliebres māmas ꝓdidit. quibus apparuit nō potuiſſe fieri vt mulier ad ſtuprum mulierē peteret. fuit itaqꝫ illud nō ſolū ſe purgare: ſed ſalutem ꝑdere volentis tueri.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primo.

De Lycurgo Lacedemonio.

Sunt ꝛ in alijs gentibus exempla quedā charitatis: ſed aliūde profecta. ſunt noſtratia hec: pietatis ꝛ religionis ꝑtus. illa humani affectus. quale fuit illud Lycurgi Lacedemonij. cui quū Alcander iuuenis in iurgio oculū baculo excuſſiſſet: adoleſcētem ad ſuppliciū datū nō modo nō incōmodo affecit aliquo: ſꝫ per humane ꝛ ſapienter domi inſtituit. vt nō tantū inſolētie ꝛ temeritatis ſecum attulerit in ſapiētis viri domū: quātum inde prudētie ꝛ humanitatis reportauit.

¶ De Ceſare dictatore.

Ceſar dictator quū rerū geſtarū fama ꝛ gloria floreret: Catullū Veronenſem cuius verſiculis de ſe ꝛ Mamurra editis indelebili reſperſus eſſet infamia: ſibi ſatiſfacientē nō ſolū nō incōmodo affecit aliquo: ſed cene etiā adhibuit: et qd̄ maius etiā fuit recōciliate gratie ſignū: in eius patris hoſpicio vt erat ſolitus ꝑſeuerauit.

¶ De eodem Ceſare.

Idem C. Memio cuius aſperrimis orationibus coactus fuerat verborum acerbitate reſpondere: eratqꝫ ex cōfeſſo inimicus: ſuffragator extitit in petitione conſulatus.

¶ De Auguſto principe.

HUit preterea ipſi genti nullū parandi auri aut argenti ſtudiū.nemo.n.vtebatur.in quo Ethiopū(qui mortaliū antiquiſſimi cenſentur)videri pñt morē ſecuti ſunt.n.hi adeo auruz aſpernati: vt in nulla re alia preciosiſſimo alioqui apud alios mortales metallo vterentur:q̄ in penalibus cathenis.

¶ De Egyptijs.

EGyptij vero vt celo ⁊ flumine:ita omni viuendi ritu a ceteris mortalibus diuerſi.in quibus mulieres cauponari: inſtitoriaq̄ obire munia cōſueuere.viri intra domorū parietes texere⁊ muliebriter operari.hi onera capitibus ferre:mulieres humeris. hi ſedentes micturire:ille ſtantes femine ad hec in vijs cōmeſſari:viri in priuato.vſq̄ adeo ꝑuerſe oīa gens vna aut inſtituit:aut ab alijs inſtituta ſeruauit.

¶ De arabibus.

PRoditur et Arabū mos minime vulgaris.ſunt hi ab Egypto nō multū regione diuerſi.in quibus nō artes ab vno in alium transferunt:ſed in patrio quiſq̄ inſtituto ꝑmanet. oīa vniuerſe cognationi cōmunia:vna oībus vxor:atq̄ eadem ſoror.alteri⁹ ſanguinis congreſſus pro adulterio eſt:aut certe olim fuit . ſic gens vna oblita humani iuris:preter inceſtum oēm venerem pro flagitio repudiauit.

¶ De Cretenſium ritu.

VEtuſti fuit moris in Creta inſula nobiles puellas ex omni iuuenum cetu ſibi ſponſum optare.eiuſdem fuit gētis(nam hoc quoq̄ proditū eſt)letos dies candido notare calculo: triſtes atro.ſed multo plures Thraciū hoc fuiſſe malunt.potuit (ſcio) vtriſq̄ cōmune id eſſe:ſed in his tranſlatitiū aut illis. Ceteruz cuiuſcūq̄ gētis fuit inuentū:neſcias ambitioſo magis aſtu an vana hominum ꝑſuaſione ſit mos ille inductus:p quem ſeipm̄ homo circūſcriberes:quum triſtis diei ac funeſti nō aliūde ſit exordiū:q̄ ex hoc ipſo quem ſtulta mortalitas felicem exiſtimauit.

¶ De Spartanis.

Uſtulerūt e medio omnē auri ⁊ argenti vſum Spartani ex Ly
8 curgi inſtituto:ferrūq̄ pretulerūt:vtpote rem magis vite vtilē nūmo ex eadem materia ꝑcuſſo:certa ꝑſuaſione nullam ciuitatē

diu duraturam:inqua luxus ⁊ auaricia preualerent.

¶ De eadem ciuitate.

E adem ciuitas:omnis ſedentarias artes vrbe expulit rei bellice dūtaxat ſtudio ciuibus relicto.per que Lacedemonij non ſolum Grecie:ſed omniū gentiū parſimonia animi robore preſtantiſſimi fuere.

¶ De Athenienſibus.

C Ontra Athenienſes Solone auctore omnis huiuſmodi artes cōplexi rem ſane vtilē ciuitati neceſſariā opificez credidere. vt lege ſanxerint qui nullam a parentibus artem accepiſſet:nulla his ſenio cōfectis deberet alimenta.ceterum tam is nihil deberet:ꝙ ꝗ meretricatu natus eſſet.

¶ De Romane ciuitatis conditione.

Ari prudentia cōditor Romane vrbis Romulus ad vetitā ve=
p nerem inhibendam perpetuū vini vſum mulieribus interdixit temulentiā ratus principiū corruptiōis eſſe in femina.voluit ita ꝙ mos ciuitatis:vt viri domū reuerſi cōiugis filiarūqꝫ oſculum poſcerent exploraturi an temetum olerent.

¶ De eodem Romulo.

S Ed ꝙ in hoc rex ille veterem reliuit Atheniēſium morem tam diuerſus abijt ab illorum inſtituto in artium celebritate. quin Lacedemonios potius imitatus nullā reliquit romane ciuitati artem exercendam preter agriculturā:⁊ diſciplinā militarē vnde ſuprema illa laudatio in ciuitate Quiritiū:bonus miles bonuſqꝫ colonus.

¶ De Garamantibus.

G Aramantes in Lybia locorum natura freti latrocinio victitāt in nautas vi tempeſtatis in breuia Sirtium delatos vadatim graſſantes.

¶ De ritu Taurice gentis.

Trociter thaurorū ritus ac minus hoſpitalis (ſunt Tauri Scy
a thicum genus hominū) tenuit vetus mos in his hoſpites ad ſe quoquo modo veniētes ad Diane aram imolare.teſtatur durū morem religionis:Oreſtis ad ea loca acceſſus.qui cum Iphigenia ſorore in dee ſimulacrū aſportauit:ſi vera ſunt que de eo hiſtoriarum conditores quidā prodiderunt.

¶ De amazonibus.

A Mazones:que religione nō multū diuerſa regnū tenuerūt:⁊ ipſe a Scytis oriūde:preterqꝫ ꝙ ſine viris vitā agitabant : bella multa ⁊ grauia tractaſſe dicunt:lateqꝫ imperitaſſe : mānarum altera aduſta:ne ſagittādi ſtudio foret ea res impedimēto. mirū eſt quāta indole nō ſolū genus ſed regnū ampliarint : omni alioqui virorū cōmertio preterqꝫ in cōceptu longius excluſo.

¶ De Agathyrſis.

Unt ⁊ Agathyrſi Scythe cultiſſimi alioqui ⁊ auro vulgo geſtā
s tes:ſed fedū illud in gēte:ꝙ mulieres cōes hn̄t vt inter ſe Germani ſint ac ꝓpemodū domeſtici:nō dijs ſe nō ꝓbris inceſſētes

¶ De Melanchlenis.

MElanchleni in eadem Scythia oēs nigra veſte amiciunt: quod ipm̄ gentis nomē declarat: ſed in his illud dirū ⁊ deteſtabile ꝙ abeſu humane carnis nō abſtinet.

¶ De Budinis.

SEd ꝙ̄ hoc in Melāchlenis odioſum: tam fedū in Budinis eiuſdem gentis ⁊ obſcenum: ꝙ pediculos heſitant: (eſt quis neſcit)
s Melanchlene gētis facinus inuidioſius: ſed hoc a cōſuetudine non minus abhorrens.

¶ De Parthis ⁊ Perſis.

HUnc Scythia egreſſus duaꝝ gentiū exēpla adijciā. Parthicū hoc: illud Perſicū vtrūq; ab altero diuerſum. pulchrū qđ ad Perſas attinet. inſtituere hi liberos ita vt nō niſi vera loquerentur ⁊ a mendacio abſtinerēt: quo nihil ad humanā ſocietatē tuendā ſocietatē efficacius eſſe pōt: cōtra dirū ⁊ deteſtabile in Parthis: ſed in regio tantū ſtēmate: vt nō niſi ex filio ⁊ matre genitus regnum capeſſeret.

¶ De nouaꝝ rex ꝯtoribus. Ca.ij.

¶ De Tuba: ⁊ Tubalche.

EXadami ſucceſſoribus nulli propemodū ſunt artiū inuentores antiquiore memoria ꝙ̄ Tubal ⁊ Tubalcha erant e hic artis: ille muſice reptor. Grecie Romani ſcriptores Grecos ſecuti vtrūq; inuentum in alios cōferūt: arcani huius (vnde hec ſunt) haud dubie ignari.

¶ De Noe.

NOe: q̄ cataclyſmo ſupfuit: primus vitē coluit: vinūq; ex ea bibit: nec citra temulētiā: ſed id Grecia inuentū ad Liberū patrē retu
n lit: ſuorū (vt videre eſt) hominū fautrix: ingenioꝝ q; ſue gentis ad inuidiam vſq; oſtentatrix.

¶ De Litterarum inuentione.

NIhil preterea ꝓhibet nos credere lrarū inuētionē Hebraice eē gētis hi eñ vetuſtiſſimi cēſent Aſſyrie incole. q̄ terra pulcherime rei ꝑtu merito gloriat: ſi vera fuit tanti ꝑtus mater ⁊ non nutrix.

¶ De Habraamo.

NOn deſunt q̄ citra omne Grecoꝝ nroꝝ hoīm teſtimoniū Aſtronomicā ſciētiā cū Geometria ab auctore maximo Hebraice gētis Habraamo Egyptijs importatā aſſerāt. cū eoꝝ certe ſacerdotibus: qui ijdem ⁊ ſapiētes fuere: ſepius cōgreſſus dicit hoꝝ opinioni ſi quis aſtipuletur qđ tam piū ſit ꝙ̄ vero ꝓximū. is duaꝝ nobiliū artiū ortū ⁊ incunabila ad Hebreos referat neceſſe eſt.

¶ De Moſe.

MOſes dux ⁊ ꝓpheta ſummus celeſte numē primus tabernaculo recepit. Salomon rex lapideo tēplo: qđ Dauid deſtinauit. Si q̄s eſt i terris his vetuſtius: ethnice fuit gentis: nec veri numinis locus: ſed malorum demonum.

¶ De Chriſto.

UErum enimuero nullū vnq̄ inſtitutum ſanctius fuit ꝙ̄ Chriſti regis. nullum magis memorabile ⁊ ſalutare Euchariſtie ſacramentū. eſt hoc ineffabile duabus baſibus fidei ⁊ pietatis nixum per quod magna pars hominū (quū omnes alioqui potuiſſēt) celeſtium eſt particeps facta.

¶ De Gregorio pontifice.

CLeon orator Athenis ſua etate vehemens primus inter agendū vociferatione vſus eſt:percuſſitqꝫ femur manibꝰ pulpito diſcurrens. que res adeo inoluit vt noſtri quoqꝫ nō olim modo idēꝫ factitarint:ſed morem ex Grecia receptū ad poſteros trāſmiſerit.

¶ De Aphricano.

BArbam quotidie raſitandi togatorū primus morem Aphricanꝰ induxit:quum intonſa olim eſſet Romana ciuitas. retulit cōſuetudinem hanc Aphricani omniū ſtudioſiſſime Ceſar Auguſtus cūctorū alioqui principū q̄ Rome rerū potiti ſunt laudatiſſimꝰ

¶ De L. Papyrio.

Olarij horologij vſum .L. Papyrius Rome primus obtulit. ſꝫ
s nubilo id die inutile. certius quia diſcretis horis poſuit Scipio Naſica Quiritium optimus olim iudicatus. priuſqꝫ ea res inuenta ſit:indiſcreta lux fuit Romanis.

¶ De Hannone Carthaginenſi.

PRimus hoīm leonē māſuefactū oſ̄dit Hāno ex Carthaginenſium clariſſimis. atqꝫ ob id publice dānatꝰ:multis interpretātibꝰ male tam artiſici ingenio credi publicā libertatē:cui tāta feritas ceſſiſſet.

¶ De Attica ciuitate.

Opularis ciuitas prima omniū (quod proditū ſit) fuit Attica.
p Egyptij regiā primi habuere:tyrannicā Siculi. ſꝫ Theſeus multo Phalaride antiquior:quē tyrānidē exercuiſſe q̄dā ꝓdiderūt

¶ De Appellationibus:a virtute aut vitio impoſitis. Ca. iij.

¶ De Chriſto.

MUlti quidem hoīm extitere quibus aut virtus aut vitium aliuſve caſus appellationem inuenere. quorū alij alia cauſa:ſed nulla maior auguſtiorqꝫ fuit q̄ꝫ ea que chriſto deipare filio contigit piorū omniū conſenſu:vt redemptor ſit mūdi:ſit ꝛ ſaluator dictus. quī ſeruatorē:vindicem: aſſertorēꝫ elegantius dicere potuiſſet humana pietas.

¶ De Iob patientiſſimo.

REportauit ex inſigni tolerantia nomē haud ignobile Iob patiētiſſimus mortalium iudicatus. ac proinde patiens nuncupatus. verſa eſt hominis equanimitas illa ꝛ ꝑpetua animi temperies in prouerbiū. vt tam pie hodie q̄ꝫ veri ſit Iob in ore omnium ſupremā in aduerſit tolerantiam ſignificare volentium.

¶ De Ioſippo.

IOſippum:qui Iſraelis fuit filius:quia duplicem ſomnij ſpeciem et vtrāqꝫ de ſumma regni per quietē Pharaoni obuerſa tam ſagaciter ꝛ recte interpretatus:Tonton panimon. i. occultorū repertorem vniuerſa Egyptus nuncupauit.

¶ De Salomone.

Ed q̄ꝫ ſagax Ioſippus:tam ſapiens ac neſcio an plus etiā Sa-
s lomon rex Dauidis filius. cuius nomē in ſapientie appellationem abijt in ora hominū. hūc vt audiret ab extremis vſqꝫ terris prepotens venit regina. cognouit illa ſapientiſſimū regem ma-

cinã: Pindarus Romã: Belligeri Martis templum appellauit.

¶ De Manlio Torquato.

a Dierũt Manliana impia apud Romanos in prouerbiũ. eſtq̃ & ipſe impioſus appellatus. qui filiuꝫ alte indolis ſecuri ꝑcuſſit: q̃ preter militare diſciplinã in hoſtẽ ex prouocatione dimicaſſet.

¶ De Mario Arpinate.

VEnerũt & Mariani Muli in adagiũ veteri memoria celebrari. eſt & hodie id frequens: vt quũ viri validi ſunt: & ferendis oneribus idonei: Mariani muli dicant: q̃ enimuero Marius ſic milites appellauit arma: paloſq̃ et ſarcinas ferentes.

¶ De Ariſtide Athenienſi.

ARiſtides Athenienſis ab equitate & innocẽtia iuſtus cognominat⁹ eſt: fuitq̃ illi eiuſmodi appellatio inuidie. Oſtraciſmo donatus quũ ignominie cãm pro cõcione requiſiuiſſet: reſponſum eſt nõ poſſe ciuitatẽ pati vnũ aliquẽ ciuium ab oĩbus iuſtũ predicari.

¶ De Callia.

n On tulit Attica ciuitas in Ariſtide nomẽ ab equitate & innocẽtia iditum. at intuit. hic quia improbus: receptus eſt in ea ciuitate vnde is fuerat eiectus: qui oĩm eius etatis hoĩm fuit iuſtiſſimus manifeſto leuitatis argumẽto in multitudine que amat leuiter: oditq̃ leuius.

¶ De C. Mario.

Ontigit C. Mario ſuus appellatiõis honos. q̃ Cymbris Teutonis & Ambronibus duplici prelio ceſis: req̃ publica in priſtino ſtatu retenta: tertius eſt vrbis cõditor nũcupatus. alter eñ a Romulo eſt Camillus dictus: qui Senonas Gallos ex capta vrbe expulſit. Hic tertius: q̃ capere volentes nõ ſolũ arcuit: ſed occidiõe cecidit.

¶ De Mario iuniore.

QUid q̃d variatũ eſt nõnunq̃ in appellationibus cũ fortuna? Q̃diu Marius iunior ciuile bellũ feliciter tractauit: Martis eſt filius nũcupatus: mox rebus partiũ fractis: priſtineq̃ fortune fauore deſtitutus: nõ Martis: ſed Veneris filius eſt dictus.

¶ De Alexandro magno: & Pompeio.

c Ognomẽ magni nõ vni veterũ Imꝑatorũ regũq̃ cõtigit. ſꝫ externoruꝫ nulli verius iuſtiuſq̃ q̃ Alexandro Philippi filio: vt Quiritũ vni Pompeio ꝑclara eſt datũ.

¶ De Lucullo.

LUcullus: q̃ Mithridatis Pontici opes fregit: ob inſanas villarũ edificationes aliaq̃ ſumptuoſiora opa: Xerxes Togatus a ſuis ciuibus dictus.

¶ De M. Tullio.

PAter patrie Quiritũ prim⁹ M. Cicero curie decreto eſt apellatus: deĩn & Auguſt⁹ id intulit cognomẽ. Ceſaribus poſtremo ambitioſe magis q̃ vere adoptatum.

¶ De Attilla Rege.

y Idit ſua etas Attilã Hunnorꝫ regẽ: magnoq̃ hoĩm cõſenſu flagellũ dei nũcupauit. nõ q̃ e celo ſit hoibus mali aliq̃d: id eñ impiũ ſit credere: ſed q̃ numinis ꝑmiſſu Barbarus multis cladib⁹ Italiã affecerit.

¶ De moderatione victorie. Ca. iiij.

Accidit velut ex cõpoſito relatio hec ciuiliũ exemploꝛũ in belli-
ce rei mẽtionẽ: vnde nõ vna eſt cognominũ ratio profecta nũc
quando in tota re neq; maius eſt aliquid neq; mirabilius ꝙ ꝙ
is qui multos vicerit: ſeipm̃ demũ vincat: poſſitq; ignoſcere: q̃
potuit vincere: ⁊ incolumes velit eſſe quos iure poſſit perdere:
procul a ciuilibus exẽplis nõ nihil ſtilus imoꝛabitur. ac qui hoĩm pulcher
rime vſi ſint victoꝛia: prime cenſendi ſunt. dabunt itaq; noſtrarũ gentiũ
exempla huic capiti exoꝛdiũ: vt in qualibet parte opis inſtitute relationis
ratio nobis cõſtet. ¶ De Beniaminis.

Magnũ in his ⁊ mẽoꝛabile eſt Iſraelitarũ illud. ꝙ Beniamine
tribus viri paucoꝝ culpa ab omni iudeoꝛũ gente alienati: atq;
m ex confeſſo hoſtes facti: poſt varios belli caſus quũ vno demũ
prelio ad Gabaam cõmiſſo: oĩs ꝓpemodum gens interijſſet. vt
ex quinq; et. xx. milibus bellatoꝛũ: qui nuper in acie ſteterant:
ſexcenti ex ſuoꝛũ ſtrage egre reuulſi indeſerta loca refugiſſent: tantũ ab-
fuit vt victrices tribus vnius reliquias ad interitũ ꝓſecute ſint: vt omniũ
Iſraelitarũ decreto Beniamini exules: qui pauci numero ſupererãt: ad
reparandam ſobolẽ: quia religio ⁊ iuſiurandũ totius gentis legitimis ob
ſtabat nuptijs: impune ſibi ex ſolẽni iudeoꝛũ mercatu raperent virgines:
raptaſq; pro vxoꝛibus haberent. ¶ De Alarico rege.

Alaricus Gothoꝝ rex (eſt enim hinc chriſtiani nominis cenſen-
A dus ⁊ ſi Arrianus) Roma capta ⁊ hoſtiliter direpta: in eo tem
perauit quod edictũ ꝓpoſuit: vt capitale eſſet: ſi quis apoſtolo
rũ principũ templa aut que in his eſſent: violaret. vt in vniuer
ſum a cede abſtineret: eſt milibus edictum.

¶ De Athaulpho Gothoꝛum rege.

Nec Athaulphus: qui Alarico in regnum ſucceſſit: a ꝓpinqui
M ſui clementia degenerauit. is Roma poſt Alarici interitũ ho-
ſtiliter repetita: in aio habuit eã receptã funditꝰ euertere: diuer
ſoq; vrbẽ loco ſtatuere Gothiãq; ꝓ Roma noiare: Ceſarũ mẽoꝛia aboli
ta: Athaulphi appellationẽ in poſteros trãſmittere. ceterũ Placide cõiu
gis ſua ſuadeo eſt mutatus vt breui nõ hoſtis ſed amicus vrbis: non euer
ſoꝛ: ſed inſtauratoꝛ ſit dictus. ¶ De Totila Gothoꝛũ rege.

Et ⁊ Totila eiuſdem gentis maioꝛũ exempla imitatus. quũ Cu-
mis ⁊ ceteris Campanie vrbibus capitis: quũ ingẽtem Roma-
narũ mulierũ numerũ in illis itercepiſſet: quas Ro. ciues ob no
uos belli terroꝛes vrbi imminẽtes ꝓcul domo ablegarant: vt ea
rũ pudicitia in omnẽ belli euentũ tuta eſſet: eratq; in his oĩs Romana
nobilitas: captiuas honeſte ⁊ ſancte Barbarꝰ penes ſe habuit. honeſtoq;
comitatu ad ſuos Romam ſine precio dimiſit.

¶ De Philippo Vicecomite.

Et ⁊ recẽtis memoꝛie quod dicam: rarũ tamẽ ac eiuſmodi: vt
E omnibꝰ exemplis que omnis tulit etas: iure cõferre poſſit. Al
phonſus maioꝛ: qui fuit Sicilie ⁊ Apuleie rex victꝰ nauali pre
lio a Genuẽſibus circa Caietam: ac cum Petro Nauarre rege
fratre ⁊ alijs clariſſimis ducibꝰ qui in Aragonũ partibus erant: Philip-

po Viceecomiti a victore Ligure traditus (erat tũ Genua Viceecomitũ ditionis) nõ modo non hoſtile quippiã eſt ab eo paſſus: ſʒ amice ⁊ regaliter habit⁹ ampliſq; munerib⁹ donatus: cum ſuis oĩbus eſt icolumis dimiſſus

¶ De Veneta ciuitate.

Veneti vnam Delmatie vrbem ſeptimo rebellantẽ ad imperiũ vi et armis retractam: nulla maiore ignominia aut clade affectã: non ſolũ incolumẽ preſtitere: ſed facile etiã paſſi ſunt eſſe vt antea Delmatici nominis caput.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum. ¶ De Romulo.

Romulus Ceninẽſes: Cruſtuminos: ⁊ Antenates: qui ex Sabinis hoſtiliter Ro. agrum inuaſerãt: bello victos tantũ abfuit vt crudeliter in eos aliquid ſtatuerit: vt in vrbem traductos ciues ex hoſtibus fecerit.

¶ De Tullo hoſtilio ⁊ ceteris regibus.

Id Romuli exemplũ ceteri reges ſecuti preter Hoſtilium qui Albam diruit: pro nõ paruo negocio habuere: quos bello viciſſent: Romã incolumes traducere. traductos eius ciuitatis participes facere: in quam infeſto ⁊ plus q̃ hoſtili nuper animo fuiſſent.

¶ De Ceſare dictatore.

Gaius Ceſar Dictator ſuis ad amicos epiſtolis teſtatus eſt ex ciuili victoria nullum ſe maiorẽ fructũ percepiſſe: q̃ ꝙ a ſe q̃plurimi ſeruati eſſent: quos quia hoſtes fuiſſent: ⁊ bello victi: iure perdere potuiſſet.

¶ De Octauio Auguſto.

Reſtitit ⁊ Auguſtus Ceſar ex inimicis quoſdã incolumes. ſed in eo maior apparuit ꝙ Alexãdriam in Egypto: quã belli iure diripere potuiſſet: direptã incendere ⁊ euertere: intactã reliqt. teſtatus vrbis incolumitatẽ: quũ regi qui eam cõdidit ſe dare: tum (quod maius om̃ino fuit magiſq; memorabile) Arrio Alexandrino phõ ea tempeſtate inſigni.

¶ De Alexandro Macedone.

Sunt ⁊ Alexandri Macedonis exempla clemẽtie. ſunt ⁊ moderationis nõ pauca: atq; eo plura fortaſſe q̃ ceteroꝝ: quo plures vicit gentes q̃ quiſq; alius. ſed quum multa ⁊ magna ſint: illud (vt mea fert opinio) precipua eſt memoria dignum. ꝙ Porũ regem ingenti prelio victum ⁊ in poteſtatẽ redactũ non tantũ regnare ꝑmiſit: ſed reſtitutũ maiore et iam ampliore q; regno donauit.

¶ De eodem Alexandro.

Multi preterea regnũ partim bello victi partim dediti pari clemẽtia ita ſunt ab eo ſeruati: vt nõ ſolum in priſtina ſint fortuna retenti: ſed in multo etiam ampliore collocati. vt difficile ſit iudicare maius ne ſit belli decus: an libertatis et clemẽtie nomẽ vincendo adeptus. Pulchrũ eſt reges vincere. ſed multo pulchrius proprijs affectib⁹ moderari. ¶ De Ageſilao Lacedemonio.

Ageſilaus ille Lacedemonius ea fuit in eos: quos viciſſet hũanitate: vt ſepe milites pro cõcione monuerit: ne captiuos cruciatu aliquo

afficerent. quin illa potius reputatio ſubiret animū: eos qui victi eſſent: et ad eam fortunā redacti: homines eſſe: ceterū ſi quis ex his: quū caſtra mouerent: ob ſeniū aut coꝛpis egritudinē a militibꝰ relicti eſſent: parati erāt ducis imperio qui eos exciperēt. exceptos hūane et benigne curarent. ne omni ope deſtituti ferarū incurſu inedia ve cōficerentur.

¶ De Cedibus memoꝛabilibus. Capitulum. v.

¶ De Chananea cede: ſiue Gabaonita.

NIhil homini pniciosius hoīe. nulla vis maioꝛ ꝙ que ab homine pficiſcit. non moꝛbi: nō naufragia: nō lues vlla: plus hominū abſtulit terris ꝙ pꝛelia que hominū manu gerūt. hinc vꝛbium vaſtitates: ſolitudines regnoꝝ: populoꝝ egeſtas: ⁊ ꝙ terra multo maxima ſui parte nō colit. C. Ceſar: qui poſtea dictatoꝛ fuit pꝛedicare ſolitꝰ dicit: vndecies cētum ⁊ nonaginta milia hoſtiū pꝛeter eos qui ciuilibꝰ bellis perijſſent: ſuo ductu ⁊ auſpicijs ceſa. ꝙ ſi ad vnū ducem qui paucis annis bellauit: tanta humani gn̄is iactura referenda eſt: qđ in tot ducibꝰ tam longa rerū ſerie eueniſſe opoꝛtet: quāta a pꝛima hoīm mēoꝛia cenſet? et vt quedā inſignius geſta referant: quāta per deū: vis hoīm vno pꝛelio cōfecta dici poteſt: quū vna acie omne Chananeū nomē fuſum ceſumꝙ eſt a Joſue duce foꝛtiſſimo ad Gabaon: qnꝙ hoſtiū regibus victis: atꝙ extra aciem iactu lapidū vno loco obꝛutis.

¶ De Madianitana cede.

AGe nunc ⁊ ꝙ tetra cedes illa eſtimāda eſt: ꝙ moꝛtalibꝰ funeſta: cum circa Joꝛdanē nocte vna ſunt a Gedeone centū. xx. milia hoſtiū occidiōe occiſa? fuerūt hi Mernatoite: Arabes ⁊ Amalechite: quas dira conſternatio ⁊ pauoꝛ multo magis ꝙ hoſtile ferrū afflixit.

¶ De Judeoꝝ cede.

ESt ⁊ illa in raris cedes habēda: ac neſcio an omniū que vnꝙ contigerūt maxima ⁊ ob id pꝛecipue mēoꝛādo: que Hieroſolymitano excidio edita eſt. decies centū milia iudeoꝝ obſideri ceptā dicūtur a Romanis Titi Veſpaſiani ductu. vꝛbe tū capta vix hoꝝ decima pars venit in victoꝝ poteſtatē: cetera multitudie aut fame aut ferro cōſumpta.

¶ De Hunnoꝝ Cede.

SEnſit ⁊ Tholoſanus ager ꝙ calamitoſa res ſit hoībus vis bellica cum paucis hoꝛis centū octoginta viroꝝ milia moꝛtē occubuere. quū Hunnoꝝ rex Aula aciem ibi aduerſus Etium et Theodoꝛici Gothoꝝ regem magis ferociter ꝙ feliciter explicuit.

¶ De Gothoꝝ cede.

QUam tetrā cladem Gothi circa Feſulas adierint pꝛima eius gentis in Jtaliam irruptione Aldini et Sari ductu: ex eo poteſt facile exiſtimari: ꝙ pꝛeter immēſum moꝛtaliū numerū: qui ferro ⁊ fame eſt cōſumptus: ſectoꝛes nūmo vno aureo licitarētur ſeruitioꝝ greges.

¶ De Varnenſi cede.

EſT hodie eritꝙ ſemper triſtis ad recoꝛdationē Varnenſis illa acies in oꝛa Pontici Maris: qua Ladiſlaus regum rex foꝛtiſſimus ⁊ Johannes Hūniades cum Amurate Turcoꝝ rege cōflixerūt. vnde Hūniades victus exceſſit: Ladiſlaꝰ moꝛtē oc-

cubuit.quãtũ chriſtiani ſanguinis pugna illa hauſerit ex eo facile cõijcit q ex ijs qui vicerũt: duo de quadraginta milia poſt pugnam ſunt deſiderata.

¶ De Uiſigothorũ cede.

RES vetuſta eſt ⁊ vt Uarnenſi(cuius nũc memini)antiquior:ita maior adhuc cedes habẽda:ac magis inſignis.prodũt qui Gallorũ regum geſta in litteras miſerũt: Abidiramũ Uiſo gothorꝝ regẽ ex Hiſpania hoſtiliter Galliam vaſtãtem ad Burdegalã ingenti prelio victum a Carolo cui Martelli cognomen fuit.ceſaq vna acie.ccc. octoginta Gothorꝝ milia:et qđ maiori admiratiõi acceſſit: Francorꝝ mille nec amplius ceciderũt eo prelio.ſi modo ad fidem hec ꝓdita ſunt nõ ad oſtentationem.

¶ De Ethnicis exemplis.Et primo.

¶ De Perſarum cede.

MAior Cyrus:qui Lydorũ regnum euertit: trãs Araxem fluuiũ cum.cc.milibus Perſarũ a Scythis tam feda occidione occiſus eſt:vt ne nuncius quidẽ tante cladis ſupfuerit.

¶ De Marathonia cede.

NIſi Grecorꝝ fidem ſuarꝝ rerum oſtentatio eleuaret:nihil in hoc gñe exemplorum magis miraremur:q̃ q in Marathonijs campis ducenta milia Perſarũ vno aiunt prelio deleta.et qđ magis mireĩ poſteritas:decem milia dũtaxat Athenĩẽ.cum Plateenſibus mille auxiliarib᷒ aduerſus ſexcenta Barbarorum milia aciem ſtruxere.

¶ De Salaminia:et Plateenſis.

CAlamitoſius eidem genti adhuc bellum haud dubie habendum. quod Xerxes in Greciã inſtaurauit.ſi Salaminie pugne ⁊ Plateenſis damna equa lance eſtimentur . ac verius vero dixerit: ſi quis ex nullo vnq̃ bello affirmet: maiorem humano generi iniuriam iniectam.

¶ De Punicis cedibus.

TRebiam Traſimenũ: et Cannas Romanus cruor nobilitauit. ſed maior propemodũ clades ad Metaurũ Penis repenſa eſt: vbi ſexaginta ⁊ amplius Penorũ milibus cum Haſdrubale ceſis: Claudius Nero:et Liuius Salinator Ro.ſanguinẽ toties eo bello fuſum fortiter vindicauere.

¶ De Romana cede:ad Rhodanum.

N NObilis erat Rhodanus:ſed nobilior inde factus poſtq̃ octoginta milia Romanorũ ceſa vna vidit acie ripis cruore ſpumantibus:teſtãtibuſq non bene credi rem publicam ſtulticie ⁊ temeritati:que in oĩbus rebus calamitoſa eſt homini. ſed in nulla re magis q̃ in prelio:vbi ſiquid offenditur:mutari non poteſt.

¶ De Cimbrica cede.

CEterũ quantũ hic Romani eſt ſanguinis vno prelio hauſtum: tantũdem ac neſcio an plus etiã Barbarici breui poſt ad Sextias aquas ⁊ Uercellas Italus hauſit enſis. quibus locis triginta Cimbrorũ:Theutonũ:et Ambronũ myriades duob᷒ prelijs ceſe affatim materiã prebuere locorũ indigenis cãpeſtria predia humanis oſſibus in materie ſpeciem munire.

De Aſiatica cede.

Redundauit Aſia fere tota citra Taurū vno die Romano ſanguine crudeliſſimo Mithridatis edicto. c. quinquaginta milibus Quiritū nominis omis ſexus et etatis non vna vrbe: ſed vno quidē tēpore interfectis. fuitq̄ claſſicū illud renouati belli. q̄ ſi bellorū teſſera tam calamitoſa eſt: q̄ triſticia et funeſta eſſe prelia oportet: quibus autē vincendū eſt: aut cadendum.

De Lucullana cede.

Et ⁊ illud minime obſcurū: q̄ ad centū milia hoſtium. L. Luculli ductu deleta ſūt breui pugna a duab⁹ Romanis legiōibus in Armonia. nunq̄ minor bellatorū manus cum tam numeroſo conflixit exercitu: vt biſdeni hoſtium cum ſingulis Romanis manū cōſeruiſſe dicant.

De Gallicanis cedibus.

Preter ceteras pugnas quas. C. Ceſar in Gallos tam pſpere q̄ cruente depugnauit: bis diurna pugna ceſa ſunt ab eo centum pduellionū milia. aſtipulat ei geſte ipſius ducis cōfeſſio: vnde huiuſmodi exemplorū relatio ſumpſit exordium.

De Aſtu ⁊ Solertia: in fallendo hoſte. Capl'm. vj.

De Moſe.

Moſes dux ſumm⁹: dum Iſraelitas furtio vindicat ex Egypto pfecturus viarum diſpēdio hoſtem ludificari conatus: quū per Arabiam cōpēdioſum iter pateret ad effugium: in Ethiopiam flexit iter. que maxime Chananee erat terre que decreto patebat auerſa: ſz hoſtilis falli nō potuit. potuit tamē medio conatu extingui: ⁊ quē terre cohibere nō potuerūt: cohibuit mare Iudeis alioqui puium.

De Gabaonitis.

Gabaonitarū legati ad Moſem miſſi vt poſtulata cōmodius impetrarēt: quo omniū Chananeorū ſoli ex hoſtib⁹ ſociꝫ fierent: ceu magnis itinerib⁹ confecti eo veniſſent calceorū attritu alijſq̄ laborioſe pegrinatiōis argumentis facile Iudeis pſuaſere: nihil ſibi rei eſſe cum Chananeis: quibus Moſes hoſtiliter iminebat. eſtq̄ pax eſt ſocietas his data. ſed ea res poſtea ipſi genti fraudi fuit: ſuntq̄ pro ſocijs lixe et calones facti.

De Gedeone Iudeorum Duce.

Quum Amalechite ⁊ Madianite (ſunt hec barbararū gentiū nomina Iudee finitimarū) non procul a Iordane fluuio tumultuoſe cōſedilleut Iudeam hoſtiliter inuaſuri: eſſetq̄ his cum Arabū appendicib⁹ inuictus alioqui exercitus: Gedeon qui cum decē milibus hominū his obuiam exierat: quia interdiu non potuit (erat enim viribus longe impar) noctu hoſtem iuaſit. iuuitq̄ tpis oportunitatē aſtu vt incēſas faces dextra quaterēt Iudei: leua cornua ⁊ lituos inflarēt. que terrifica ſpecies adeo hoſtem pculit: vt ceco tumultu diſiectis Amalechitis et ſocijs mutuaq̄ in ſe cede diſcurrētibus: ad centū. xx. milia hominū vna ſint nocte deſiderata.

De Dauide nōdum rege.

Pulſus Iudee finibus Dauid Sauli regis ſeua inſectatiōe ad Philiſteos fuga delatus eſt: genus hominū cum Iudeis ſua ſponte infenſum: tū Dauidi ob Golie cedem īfenſiſſimū. agni=

tus itaqꝫ ⁊ ad regem pductus: cõfeſtim noua odia in eum exarſere: cõſpecta Golie lãcea: quã ex Nobea Dauid fugiens ſuſtulerat. pierat haud dubie vir omniũ maximus: niſi inſania mẽtis ⁊ furor tẽpeſtiue ſimulatꝰ adiumento illi fuiſſent. impune dimiſſus eſt tanq̃ mors non vita ſit habẽda inſani ⁊ furioſi vita. ¶ De Grimoaldo Duce Beneuentano.

Rimoaldus dux Beneuẽtanus Longobardice vir gentis: Ar
G ripti filijs Ticino: et mediolano eiectis validiſſimũ Gallorum exercitũ aduerſus ſe in Italiã a rege miſſum magna eluſit arte exẽplo tamẽ vetuſto. veniẽtibus Gallis ſimulato metu reliquit caſtra oĩnis epulẽtie referta: dein noctu hoſtem vino et ſomno ſepultum repente adortus ad ſacietatẽ cecidit.

¶ De Chriſtianis ad Ptolemaidẽ ſedentibus.

Circuſedebãt Galli Venetiqꝫ Ptolemaidẽ in ora Syrie ⁊ iam non procul aberant quin vrbe potirent. quũ tabellariã ſunt Columbam adepti militari clamore ad terram cũ litteris depreſſam ſignificabãt lr̃e quas volucris habuit fore vt intra triduũ rex cũ validiſſimo exercitu adeſſet ſuis diuturna obſidione feſſis auxilio. hic Chriſtiani Duces adulterinas pro interceptis aliti affigunt litteras: p quas regis nomie monebant ciues: vt ſuis rebus cõſulerent: qñ maioribꝰ curis ipeditus eo occurrere non poſſet. ptulit Columba ficticiã ad ſuos ep̃lam. eſtqꝫ cõfeſtim vrbs dedita. obſuauit diem barbarus rex: ſed cognita vrbis alienatiõe re infecta retro abijt.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum. ¶ De maiore Cyro.

Maior Cyrus: quũ trans araxem fluuiũ feciſſet caſtra timẽti ſimilis: Maſſagetis in ſe irruẽtibus reliquit diripiẽda. quos cibo potuqꝫ graues ac ſõno deditos ad altam noctem adortus cum ſuo rege trucidauit. qd̃ exemplũ ſecutꝰ videri poteſt Grimoaldus cuius proxime mentio facta eſt. ſed quibꝰ tunc artibus Cyrus vicit: eiſdem illis mox paulo eſt victus. adeo multo facilius eſt inſtruere inſidias: q̃ cauere. ¶ De Hannibale Barchino.

Ullus hoſtium ſepius vicit Romanos q̃ Hãnibal Barchinꝰ
N Punico aſtu potius q̃ viribus. arte ad Trebiã vicit: arte ad Traſimenũ et Cãnas: et ipſe magna quidẽ arte a Fabio interclusus maiore aliquãto Romanũ preſidiũ: quod abire volenti fuerat obiectũ: ludificatus p Caſſinatẽ ſaltũ in apertũ euaſit. ludibriũ dici poſſit q̃ bobus ſarmẽtis ad cornua incẽſis in aduerſum montẽ ab hoſte obſcura nocte adactis Ro. miles noua ſpẽ territꝰ preſidio abſceſſerit.

¶ De. M. Bruto.

Fabuloſum videri poſſit ⁊ citra fidẽ mẽorie pditũ impatorẽ Romani exercitus ⁊ Stoice diſcipline virũ rhetibꝰ hoſtes expiſcatũ vincẽdi cupiditate. M. Brutus quũ Lycios trans Xanthũ amnẽ cõpulſos vrbe excluſiſſet: inditio cõperit ſubter aquã nãdo vrbẽ repetere. tetẽdit itaqꝫ occulte rhetia tintinabulis ſupne appoſitꝫ: quo iditio inciſe hoſtes in rhetia ſignificaret: multi per hũc modũ capti ſunt: ceteri a ſibi conatu deterriti extorres eſſe maluerũt.

¶ De. P. Scipione.

Scipione: qui primus ex Aphrica a ſe victa cognomen reportauit: per legatos Syphacis regis caſtra ſpeculatus nocturno deleuit incendio: vt tum demũ incenſa videri poſſint: quũ frequẽti itu ⁊ reditu ab exploratoribꝰ verius ꝙ legatis eorũ eſt forma ⁊ materies obſeruata.

p

¶ De C. Mario.

n Nec C. Mario ſuus defuit actus: quũ iam ſumma rei in aperto ſita eſſet diſcrimine. caſtris ꝓcul a flumine poſitis: ⁊ ſpes vnica aquandi militi pretẽderet: ſi nõ ab hoſte aquatio inhibita eſſet: q̇ circa ripas late vagabat multitudine fretus (erant hi Theutones ⁊ Ambrões) hic Ro. imperator ad ſitiẽtes milites cõuerſus cruore inquit a vobis potus hodie emẽdus eſt: aut veſtro: aut hoſtili: digitum ad flumẽ intendãs: ac cũ his ſuos ad pugnã verius quã ad vndam dimiſit. felici quãdẽ euentu. nã ⁊ hoſtilis ſanguinis ⁊ fluuialis aque Ro. victor ad ſacietatem hauſit.

¶ De Hannibale Barchino.

Reuocauit ad ſe ſtilũ punica calliditas. ille idem Barchinꝰ Hãnibal fractis Carthaginnenſium opibus: patria pulſus: ad antiochum Syrie rege ꝓfectus eſt. cui naualẽ aduerſus Romanos victoriã noua arte cõparauit. Romanã claſſem vi ſerpentiũ ingenti adortus: quos figilinis incluſos dolus: medio certamine in aduerſum hoſtẽ ex improuiſo effudit. quo metu ſubita trepidatio extitit: ex trepidatione pugne obliuio: ex obliuione turpis fuga orta ẽ.

¶ De Mythridate rege.

Mithridates rex Ponti magno ꝑlio a Lucullo victus: quũ acie egreſſus ita fugeret vt hoſtem haberet veſtigio herente mulũ auro honuſtum ſequẽtibus obiecit. ceterũ dum Romanus ꝑde cupidus aurũ diripit: maiorẽ predã e manibus labi paſſꝰ ẽ.

¶ De illuſtribus victorijs. Ca. vij.

¶ De Habrahamo

e Et occaſio rerum oim gerendarũ mater. ſed virtus maior omni occaſione multoq; potẽtior. magna ⁊ memorabilia hec duo ĩ re bellica ſepius peperũt exempla: que fortune aſcribit ſtultũ vulgus: oĩa vni referens accepta que ꝑter opinionẽ euenerũt. ſed inſipientiſ ⁊ delire ſit mẽtis fortunã appellare nõ occaſionẽ: ꝙ Habraamus vir equitatis ⁊ iuſticie magis ꝙ bellice rei ſtudioſus: ſemiplena cohorte: ingẽtes Aſſyriorũ copias ad Iordanis caput teterrima cede affecit: diſiectaſq; preda ſpoliauit.

¶ De Gedeone.

Par opportunitas cẽtum. xx. milia ꝑ duellorũ circa eundẽ fluuiũ paucis horis deleuit. Gedeon audacis auctor cõſilij: q̇ occaſiõe magis ꝙ viribus fretus duabus legiũculis triũ validiſſimarũ gentiũ exercitus occidione occidit: hoſtilia caſtra nocturno tẽpore ingreſſus.

¶ De Jonatha.

Haud ſcio magis an temerariꝰ fuerit Jonathas Sauli filius: haud facile dixerim. facinus haud dubie omni euo memorabile tentare auſus eſt: qui vno dũtaxat comite adiutus vetus Diomedis et Vlixis exemplũ retulit hoſtiũ caſtra noctu ingreſſus paſſim cũ cede ꝑuagatus: tantũ pauoris iniecit Philiſteis: quorũ erant caſtra: vt

quum oīa ab hoſte teneri crederent̄:facta ſit fuga.occurrit eo Saulus cū robore copiarū vbi hoſtē ſua ſponte turbatum ſenſit.Philiſteoſq̧ paſſim diſpalatos immaniter trucidat.difficile dictu maiore ne virtute an fortuna vni hom.nū aut alteri inuictus alioqui ceſſerit exercitus.

¶ De Dauide.

HAbuit Dauid cohortē vnicā ex collectiſciis ſue gentis viris q̄ diu extorr.s fuit patria Sauli regis ſeuiciā declinās. edidit q̧ cū his preclara aliquot facinora:ſed illud p̄cipua memoria digna. q̄ Amalechitas q̄ abſente ſe Sicilecū (erat is vicus quē inhabitandū Dauid acceperat ab Acho Philiſteor̄ rege quum Getheorū agrū incurſarēt) diripuerāt:oībus fortunis cū duabus vxoribus ſpoliatus irrequieto curſu aſſecutus:improuiſo acceſſu icautos quū iam nihil minus q̄ hoſtis expectaret̄:adortus fudit:fugauit q̧: vniuerſaq̧ preda exutos a prima diei hora ad veſperā cecidit. ¶ De Venetis.

e St exemplū qd̄ ſequitur haud dubie recēs:ſi ſupiora ſpectas: ſed Venete vrbis origini ppemodū equale aut certe originibus pximū.Pipinus rex quū cetera Italia Gallorū dicto pareret: Venetiq̧ ſoli oim ſue memores libertatis patrie iura tuerent̄: littorali ora Gallicis armis domita Riuo alto (ſic enim dicta ē ps vrbis celeberrima) minaciter imminebat.aderat q̧ pipino ingens exercitus:ꝛ cū nec Italia quidē tota:nō modo venetie ptes obſiſtere poſſe crederent̄:verū modicus armatorū nūerus in cymbis ſedētiū validiſſimam ratē q̄ Galli vehebant̄ primo fatigauit:inde vento Venet⁹ adiutus Gallicos conatu.nō ſolū fregit.ſed hoſtem aquarū anguſtiis colluctātē adeptus partim ſoluta rate medio ſtagno depreſſit.

¶ De Ethnicis exēplis:et primū De Perſis.

n Ulle ſunt (vt arbitror) victorie magis illuſtres q̄ quū inſignis paucitas aduerſus multos feliciter dimicat.q̄ acie aut imenſa virtus victoriā iuuet neceſſe eſt:aut ars caſus ve aliquis ſic ducenta Perſarum milia i Marathonis cāpis fuſa fugata q̧ ſunt ad mare a decē milibus Atheniēſium et Plateenſibus mille.cuius victorie Trophea tanti habita ſunt:vt ſomnū dormire volentib⁹ ademerit.

¶ De Alexandri magni victoriis.

h Annibal Barchin⁹ ex nomie Alexādrū Macedonē: qui totū oriētem domuit oīnibus pretulit imperatoribus:ꝙ paruis fret⁹ copiis inmenſos fudiſſet exercitus. ¶ De Ceſare dictatore.

CEnſenda ꝛ eſt Ceſaris dictatoris laus in hac pte ac neſcio an ꝛ ipſe ſit Alexandro in hoc gn̄e preferēdus. nullus vnq̄ imperatorū ferociorē hoſtem nactus aut validiorē ſepius vicit: maiore q̧ hominū ſtrage ſuperauit ipſe ſemper militū numero inferior. ¶ De Pugna ad Sagram flu.edita.

MEmoria vetuſtior eſt.ſed pugna nō minus memorāda q̄ ad Sagram fluuiū in Calabria cōmiſſa eſt. abiit res in pūerbium vt veri⁹ eſſe diceret̄ quū qd̄ vno aſſereret̄: re ad Sagram olim geſta. vbi dena locorū milia cū modica Rheginorū manu centū xxx.milia Crotoniatū vna acie,pfligarūt.nec minori miracl'o fuit ꝙ eodē

die quo eſt ita inſigniter in Italia dimicatū:fama rei geſte Olympiaci cō uentus aures ptulit. ¶ De Timolente Corinthio.

m Agna ⁊ Timoleontis Corinthij glia habēda eſt: qñ reputatio hec ad plures ptinet. tribus milib⁹ militū fretus ad Crimniſū amnē cum ſeptuaginta milibus Carthaginēſiū nō ſolum acie cōflixit:ſed ita etiam prelio vno hoſtē afflixit: vt pars multo maxima carthaginēſis ſit nobilitatꝫ ibi loci deſiderata. ¶ De Thermopylaꝝ pugna.

Miretur iure aliqs quonāmō fieri potuerit vt tam opuletus exercit⁹ a tam paucis vinceretur:cui ne tota quidē Sicilia ſatis futura credebant. verū deſinet hic idē mirari qui fando audiuerit aut legerit:trecētos Spartani nois ad Temopylas totum orientē prelio excepiſſe:exceptū ac fuſum in caſtra cū multa cede ꝯpuliſſe. vt magna opus ſit fide ad tam mōſtrificos belloꝝ euētus fortuneqꝫ volumina credenda.

¶ De Stratenſi pugna.

N Ec multū ab his diuerſa Stratenſiū fama. qui ſeptem validiſſimis gentib⁹ circūceſſi omnes modico prelio fuderūt. vt qui nup tot ⁊ tam diuerſis erāt armis obnoxij:multa milia hoſtiū tanqꝫ pecora viliſſima: totis pre ſe campis cum feda ſtrage et multa cede egerint.

¶ De Imperatoꝝ et Ducū in milites auctoritate. Cap. viij.

Quanta impatoris inter ſuos eſt auctoritas:tāta bene gerende rei vbiqꝫ ſpes adeſt. cōfert ad victoriā haud dubie bellēdi ſciētia in duce:cōfert cōſilium vigor animi:felicitas. ſi auctoritas deſit cetera parū ꝓderunt. ſunt ⁊ alie virtutes que in eo requiruntur:cuius ductu ⁊ auſpicijs res in bello gerenda eſt. ſed cum gregario milite cōmunes. ſola auctoritas vnius eſt ducis: in qua ſumma imperij ſita eſt. ¶ De Moſis auctoritate.

M Ouerunt pculdubio Iſraelitas prodigia que in Egypto facta dicuntur: vt Pharaonis minas ⁊ imperiū quadā tenus contemnerēt. ſed Moſis auctoritas multo impenſius ꝓpulit vt ſine armis:ſine cōmeatu ꝑ deſerta ⁊ diſpendia viarū ſex cēta milia hominū vnum ſint ducem ſecuta: vt quū certa relinquerentur:quererentur incerta. ¶ De eodem Moſe.

n Ec eadē in cauſa fuit vt tam numeroſa multitudo ducem ꝑ medios maris fluctus vadentē ſit intrepide ſecuta. leges ferētem audierit. cōflatilem vitulum ſuſtulerit. inermis iarmatā aciem iuerit. in quo aliquid demū eſſe crederet qđ ſupra faſtigium humanitatis eſſet:ſecūdum celi numen precipue venerabile. ¶ De Joſue.

A Cceſſit ⁊ Joſue:qui poſt hunc dux fuit:ſua auctoritas. cui⁹ iuſſu circa Jordanē omnis virilis ſtirpis gens circūciſa eſt. eodem auctore triginta regibus bello victis:eternū obſeruationis fedus cum deo ſanxerūt Iſraelite. omīs Chananeoꝝ terra tributim ⁊ viritim victori populo diuiſa eſt.

¶ De Juda Machabeo.

SEd Jude:qui Machabei cognomen tulit: eſt parum a ſuis datum. cuius ductu per modica hebreoꝝ manus cum validiſſimis hoſtium

copijs ſepius cõflixit:ꝙ niſi egregia ducis auctoritas affuiſſet:nulla ſubij ci neceſſitate potuiſſent:vt rebus gentis attrociter afflictis cum eo hoſte manũ cõfererent:cui toties cedenda terga obuertiſſent.

¶ De Michaele Veneto principe.

Extitit in Michale Veneto principe auctoritatis exemplũ clarum ⁊ illuſtre.obſidebat Venetus Tyrũ vrbem circa Syriam cum nũeroſa claſſe.fuitq; obſidio illa longa ⁊ laborioſa.et q̃a ꝓcul a patria ſtipendij indiga.nec igit ſocij nauales remigeſq; ſtipendij cauſa militiã detractarent: exaluta ad tẽpus pecuniã publica forma ſignauit: adnumerauitq; claſſiarijs ea cõditiõe: vt domũ reuerſis aurea ⁊ argentea pro tẽporaria repreſentaret.crediderũt naua les turme:et quicũq; hominũ in nauibus erãt. publicãq; fidem ⁊ ducis au ctoritatẽ ſecutiq; diu foris eſt bellatũ: ſine diſcrimine imaginaria inter ſe ſunt pecunia vſi.

¶ De Vitoldo duce.

Vitoldus:qui patrũ memoria late regnauit in Lituania(fuit ijs Vladiaſlai frater qui in turcos memorabile bellũ geſſit)tanta iter ſuos fuit auctoritate: vt multi mortales ab eo iuſſi ſine carnifice vitam finiuerint.ſed metus hic fuiſſe videri poteſt nõ officium mira ſunt que de eius crudelitate mẽorie prodita ſunt.nam⁊ ſontes vrſinis pellibꝰ inuolutos canibus laniãdos obijcere ſolitus dicit.et in expeditionibꝰ arcum ſemꝑ intentũ habuiſſe: vt ſi quis ordine aberraſſet ſagitta cõfigeret.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Alexandro.

Melior igit affectus militaris ordinis in Alexandrũ Macedonem. qui quum Veterani tumultuoſiꝰ miſſionẽ efflagitarent: ſenſiſſentq; ob eum tumultũ alienatũ a ſe regis animũ:et ſi ſatis honorifice dimittebant:multũ diu ambiuere ante eiꝰ tabernaculũ cum merore et luctu ꝓſtrati vt in ordinem reſtituerẽtur.

¶ De Themiſtocle.

Tantum Xerxes rex Themiſtocli tribuit Athenienſi: vt nocte ꝓxima:qua illum patria extorrẽ accepit:exclamaſſe dicatur:habeo Athenienſes.

¶ De Themiſtocle.

Par illi auctoritas inter ſuos. nam preter Salaminiã pugnam:cuiꝰ auctor fuit:ſatis cõſtat Olimpico cõuentu totius Grecie oculos in ſe vertiſſe.tanta in vno fuit aut auctoritas:aut virtutis opinio.

¶ De Hannibale Barchino.

Habuit ſub ſignis Hannibal quũ bellũ in Italia geſſit: Aphros Numidas:Mauros:Hiſpanos:Baleares:Gallos:Ligures:⁊ Italici nois numerũ ingẽtem.tanta tamẽ in eo fuit auctoritas vt nullã in tanta hominũ colluuiõe tam longo bello ac tam varij euctus ſit ſeditionẽ expertus.

¶ De Scipione Aphricano.

Scipio Aphricanus:qui Hannibalẽ vicit: militare ſeditionẽ eſt nõnunq̃ expertus.fuit in eo alioqui tanta de ipſius virtute opinio:vt multi Italici nois:qui iam ſtipendiã erant emeriti:ſponte ſecuti ſint illum Aphr. cã ꝓuinciã extra ſortem adeptum.

¶ De. C.Ceſare dictatore.

ESt et. C. Ceſar qui dictator fuit: militari ſeditione aliqñ exagitatus: ita tñ vt in nullo ducũ maiora interim extiterint auctoritatis exẽpla quorũ vnũ ſatis ſit referre. dum Aphricã bello petit: Rome legionarij maiora ſeditione miſſionẽ efflagitabant. obtulit ſeſe ille nihilo ſecius ſeuienti multitudini oĩbus amicis fruſtra reuocãtibus. ceterũ vno verbo quo eos Quirites ⁊ nõ milites appellauit. adeo circũegit: vt reſponſum ſi ſe milites eſſe nõ Quirites: moxq̃ ex auctoritati egre precibus tenuerũt: vt integrũ fuerint ab eo reſtituti. Sic. C. Caſſius Pompeianorum ducũ vnus: qui plures ductaret naues ad bellũ inſtructas: eidẽ Ceſari ceſſit paruo nauigio ſedenti. tanta vni ducũ auctoritas nõ ſolũ inter ſuos fuit: ſed ſuperfuit etiam apud hoſtes.

De Emulatione. Ca. ix.

Ponam inquit malus Angelus ſedem meã ad Aquilonẽ: et ero altiſſimo ſimilis. que verba arguunt emulationẽ eſſe i celo ortã nõ creatoris vitio: q̃ ſumme bonus eſt: ſed creature cum emulari cupientis: qui oĩa ex nihilo fecit: mala ⁊ ingrata emulatio: ipſiq̃ auctori calamitoſa. nam quo alti⁹ Lucifer aſcendere conatus eſt: eo ꝓfundius corruit.

De Protoplaſto.

E Stq̃ id exemplũ Angelis: equale. qđ vero ſequitur: cũ ipſo homine natum pene eſt. niſi Protoplaſtus diuinã emulari voluiſſet ſapiẽtiã: nũq̃ lege aberraret nã quid per deũ aliud fuit omniũ ſciẽtiã rerum affectare: q̃ celi numẽ cuius id propriũ eſt velle emulari?

De Magis Egyptiacis.

Late patet hic affectus: caretq̃ interdu vitio. nam emulari i homine que iure laudentur: nõ ſolũ nõ deteſtabile ſit: ſed laude etiam dignũ: modo odiũ ⁊ inſectatio ꝓcul abſint. quale i Egypto accidit: quũ eorum quidã qui ſapiẽtes videri volebãt cũ Moſe icertamẽ in venere magi: odio q̃ cõtentiõe accenſi. nã quia ꝓpheta ſummus myſtica vtebatur virga: que celi prouidẽtia nũc ſerpẽs fieri nũc aliud diuerſum: magica illi arte freti ne miraculũ pro miraculo eſſet: nouum cõmenti ſunt oculorum ludibriũ: vt quib⁹ ipſi virgis magic⁹ vterentur: in colubros verterentur. coarguit Magorum fraudẽ diuina vis: cui nemo niſi impius repugnat vanaſq̃ hydrorũ: ſpecies nõ ſine ſpectãtium ſtupore verus myſticuſq̃ Moſis deuorauit ſerpens.

De Bethelei ſenis emulatione.

ABe vero ⁊ q̃ Bethelei ſenis deteſtabilis fuit emulatio: q̃ ꝓphetam mentitus: Iadanẽ virũ prophetici ſpirit⁹ inſtituto auertit itinere. ſenſit fatidicus ſenex Bethleem reuerſ⁹ incurriſſe iram numinis: q̃ tãtum Roboe impietatẽ iuſſus corripere: ꝓphani hominis dicto temere obtemperaſſet. ſenſit ac ſimul vaticinat⁹ eſt: fore vt breui violẽto bellue incurſu laniaretur. nec vaticinio defuit euẽt⁹

De Simone Mago.

SImon Samaritanus magice artis haud ignarus vnde ⁊ magi illi cognomen fuit: quia pietate ⁊ omni virtutũ genere inferior erat Petro Bariona: malis eum artibus vincere conat⁹

eſt:obiecitqꝫ magicas vanitates diuine virtuti:hunc prouocare auſus:cui ligandi ſoluẽdiqꝫ omnia e celo cõceſſa erat poteſtas.concidit Simon medio conatu.⁊ dum pietate illudit:illuſus eſt.dum celum inaniter ſcandit: ſolo eſt grauiter afflictus.

¶ De Rufino Aquileienſi.

Quid ꝙ Hieronymo quidẽ in quo tãtum infuſi luminis fuit:tãtũ eloquẽtie ſuus defuit emulus:ſed potuit Rufinus verbis cõtendere:ſanctitate nõ potuit.quã ꝙ ſi illud quoqꝫ in ambobus pẽſeſ: tantũ Stridonẽſis illa tuba Carnice preſtitit:quãtum indici elephantis barritus:culicis bombitulo.

¶ De Brachio:⁊ Sfortia.

Sed nihil voluit natura eẽ ſine pari.nulla virtus fuit vnqꝫ tam ardua:quã nõ aliquo modo exercuerit emulatio:vt nullo alio affectu plures reperientur in omni virtutum genere proficiſſe: dum hic parem ferre nequit:ille ſupiorẽ.enimucro vt alia omittam:adeo hic ſtimulꝰ ad emulationẽ accẽdit duo illuſtriũ viroꝝ partim auorum noſtroꝝ:⁊ patrũ memoria:militaris glorie cupiditate:vt oẽm italiam in duas traxerint factiões:Sfortia ⁊ Brachius pmo nobilitati:vnde Sfortiani ⁊ Brachiani fuere ſecuti:Nicolaus cognomento Picininꝰ et Frãciſcus paterno cognomine:adeo acribꝰ ſtimulis ſibi īfeſti:vt vterqꝫ alteri ſemper fuerit hoſtis.ingenio:ſucceſſu:opibus:virtute bellica adeo inter ſe pares:vt nihil preter euẽtũ:fecerit in his diſcrimen.Euentus:qui de omnibus iudicat:Sfortiam maiorẽ declarauit.

¶ De Ethnicis exemplis:Et primum.

¶ De Theſeo:et Hercule.

In nulla parte inſtituti operis maior exemploꝝ copia vberior qꝫ materia ſeſe nobis obtulit:qꝫ in ijs que ad emulationẽ pertinẽt.vel q2 res hec multo plures illuſtrauit:qꝫ vllus alius homi nis affectus:vel ꝙ pluribꝰ ſit īgenitus ⁊ quodammodo a natura datus:vt par cum vita exercitatio fiat:⁊ ad laudem adſpiſcendam cõcitatio.ſed in tam multis nobis modus tenẽdus eſt cum delectu preſertim in ethnicis que hic ſubtexenda ſunt.quorũ vetuſtiſſimũ illud Theſei:qui Herculis propinqui ſui laboꝝ emulꝰ aliquod ī terra Grecia cõreceit monſtra hominu:⁊ ipſe grande nomen adeptus:niſi paꝝ decus peregrinarum mulierum raꝑina turpiter fedaſſet.

¶ De Salmoneo:⁊ Alladio Albano.

Nec recens eſt de Salmoneo:⁊ Alladio:memoria.quorum Albe hic in Lacio:ille in Elide Archadie:iouis tonitrua fulguraqꝫ imitati calamitoſo emulatiõis euentu:vterqꝫ ſue penas luit impietatis:celeſtem ignem experti:quẽ non minus ſtulte qꝫ impie vano ſtrepitu imitabantur.

¶ De Hercule Thebano.

Poteſt et Alcmene filius videri Liberum patrem emulari voluiſſe:terrarum orbe ab ortu ad occidentem ſolem et meridiem peragrato columniſqꝫ in ipſo oceani ⁊ terre cõfinio cõſtitutis

¶ De Alexandro Macedone.

Lexander philippi filius (quod ſatis cōſtat) intra Hidaſpem flu
A uium ⁊ Gange metas fixit: rerū a ſe geſtarū terminos: indubi-
tato emulatiōis argumento eorum. que duo illi diu antea geſ-
ſerunt. ¶ De Themiſtocle Athenienſi.

F Uit ⁊ Themiſtocles ambitioſus: atq̧ iutantū illuſtriū virorum emulus: vt plane fateretur Milciadis trophea ſibi ſomnū adi-mere. ¶ De Platone et Xenophonte.

CEterū quia adhuc de Grecis ſermo eſt: Plato vir ſumm⁹: ⁊ Xenophon: haud expertes fuiſſe credunt talis affectus. id inditio eſt q̄ neuter alterius meminit vnq̄: quū multa vterq̧ ſcripſerit: ambo clari: ⁊ inter ſe aliōq̄ noti: Socraticeq̧ ſapientie ambo alūni.

¶ De Ariſtotele.

Idit Ariſtoteles Stagirites Xenocratē ſibi prelatū: cuius cō
V diſcipul⁹ fuit (nota eſt vox platonis cui illi ambo operā dederunt: heu qualē aſinum iunxi currēti equo) nec eam tulit ignominiam philoſophus alioqui emin̄ẽtiſſim⁹. ſed p̄cul Athenis: vbi id acciderat: reliquū vite egit Attice ciuitati haud dubie iratus. pari affectu ad Rhetoricem tractandā ſeſe contulit Iſocratis emulatiōe. nota eſt eius vox. turpe eſt Ariſtotelē ſilere loquēte Iſocrate

¶ De Apelle Coo.

St ⁊ Apelles emulantiū ambitione ſepe vulgi iudicio ſupera-
E tus. prouocauit inde ad nature tribunal: eſtq̧ ab ea victor iudicatus in equi figuratione.

On minori propemodum iudicio Zeuſidis: et Parrhaſij emu-
N latio deciſa eſt. in quo certamine nō natura: ſed ars ipſa: que eſt natura emula: iudicauit.

¶ De M. Craſſo ⁊ Pompeio.

Unt Rōanorū in vtrāq̧ partē ſua exempla: ⁊ multa et magna.
S fuit. M. Craſſus ex cōfeſſo Gnei Pompeij emulus: ſz vt diuitijs maior: ita rerū geſtar̄ gloria lōge inferior. Catonem cui Utica cognomē dedit. M. Fauoni⁹ emulatus eſt in vite ſanctitate. Hortenſius Ciceronē in eloquētia. ſuntq̧ multo facili⁹ emulor̄ nomē: q̄ ꝓpoſitū adepti.

¶ Sexti exemplorū libri Finis.

¶ Marci Antonij Sabellici Exemplorū ſeptimus.

¶ De gratitudine. Capi. j. De Iſraelitis.

NEſcio quonā modo id accidit: q̄ nup̄ ciuitate egreſſa: ⁊ in re bellica nō nihil cōmorata. eodē ſua ſponte inſtituta hec exemplorū reuertitur explicatio. qua propter nō ī ſago erit poſthac: ſed in toga: cui ſequēs liber: ⁊ qui proxime ſubycietur: deſtinant̄. offertq̧ ſe nobis vrbana repetentib⁹ laudatiſſima virtutū oīm Gratitudo: res celo: ⁊ hominib⁹ iucunda: gratiq̧ noīs. in quo gn̄e: vt vetuſtiſſimū ita maxime piū Iſraelite exēplū edidere. qui excuſſo ſeruitutis iugo perq̧ medios pelagi fluctus: in pacatū egreſſu: cōfeſtim deo ſeruatori hymnū cecinere: quē Moſes itineris auctor eſt pietatis. ¶ De eadem gente.

FUit ⁊ in Rabaã Hiericũtiam: eadem gens non ingrata. quam in Hiericuntis excidio ſolam cum tota domo preſtitit incolumem: ꝙ ſuos hec exploratores in vrbe deprehẽſos per diem texiſſet: quum ad ſuppliciũ quererẽtur: noctuqꝫ tutos in caſtra dimiſiſſet.

¶ De Dauide.

GRatus ⁊ Dauid rex: qui Jonathe opa ſepius ſeruat⁹ erat filius Jonathas Sauli regis: quo nullus vnq̃ hoim fuit Dauidi infeſtior, poſteaq̃ regno Dauidi potitus eſt: Jonathe eius filium cõplexus: quũ omnẽ alioqui progeniẽ Sauli hoſtiliter inſectarer̃: vnum ob patris memoriã clemẽter fouit: regioqꝫ cõuiuio aſcripſit.

¶ De Cyri regis in Judeos gratitudine.

SEquũtur duo externorũ regum exempla: ſed Judeorũ rebus nihilomin⁹ inſerta: et ob eam rem in ordinem redigenda. Cyrus maior ꝙ in Eſaie libris .cc. ante ⁊ ampli⁹ annis editis: nomen ſuum diſerte poſitũ inuenit: ꝓphete carmen hoc habuit. Volo Cyrum quẽ multarũ et magnarũ gentiũ regem cõſtitui populũ meum ad ꝓpria remittere: ibiqꝫ mihi templũ iterum ſuſcitari. ipſe inqꝫ Cyrus ꝓphetica predictiõe letatus: edicto teſtatus eſt ſe Judeos in patriã remittere: vt deo templũ reſtituerent: cui⁹ ꝓuidentia multo priuſq̃ naſcerer̃ fuiſſet rex cõſtitutus.

¶ De Alexandri in Judeos gratitudine.

P Ari gratitudine Alexãder Macedo: quum Hieroſolymis eſſet Danielis prophete oraculo inſtructus fore: vt rex Grecie Perſarũ olim opes euerteret certa ſpe victorie ex ea ꝑcepta: Jaddum ⁊ ceteros ſacerdotes ꝑ quos fatidicũ carme cognouit: ampliſſimis donauit muneribus. ipſi ciuitati ꝑmiſit vt ſuis vterer̃ legibus: tributumqꝫ in ſeptem annos remiſit.

¶ De Alexandro pontifice.

ALexander Ro. pontifex qui tertius fuit eius nominis: nouitate ſuorũ tempoꝝ Federico Jmperatori per Venetos recõciliat⁹ reſtitutuſqꝫ in priſtinã dignitatẽ: grato animo vmbella et aliis inſignibus Veneti principis maieſtatem excoluit.

¶ De Venetis.

ADiciatur his publicũ ciuitatis exemplũ: quãdo Venetoꝝ mẽtio proxime facta eſt. Frãciſcus Dandulus quia ad publicam ignominiã deprecãdã diu ad Clemẽtis Romani põtificis mẽſam humiliter ſtrat⁹ iacuiſſet ad quod ipſum fuerat publice in Galliam miſſus: ex ea legatione reuerſus: magno oim ordinũ fauore princeps eſt ciuitatis factus: vt qui nuper in ſqualore ⁊ ſordib⁹ ꝓ patria cõſpectus eſſet: ſublimi loco cõſpicerer̃ auro et purpura cõſpicu⁹.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Ro. Mulieribus.

P Roximus eſt publice gratitudini vetus ille Romanarũ mulierum luctus: que Juniũ Brutũ ob leſam Lucrecie pudicitiã Tarquinioꝝ inſectatione inſigniter vindicatã annum integrũ luxere.

¶ De Romulo.

Vetuſtioris adhuc memorie eſt illud Romuli. is q̄ matronaꝝ in terventu Sabino bello ciuitas defuncta eſſet: indubitato gratitudinis argumento ſtatuit: vt preter alia ornamenta ob id merítum mulieribus vno decreto cōgeſta: ad omnē occurſum via illis decederetur. ❡ De Recētiore Ro. mulierū gratitudine.

Pulchrū facinus: ⁊ ī patris mēorabile ꝙ ī ea vrbe q̄ futura erat caput: ⁊ arx omniū gentiū virilis gratitudo cū muliebri toties certarit. Enimuero matrone rurſus ob inſignē impietatem a Martio Coriolano matri exhibitam: eum extinctum menſes decē luxere. ❡ De Romanorū gratitudine in mulieres.

c Contra publico decreto his datū: quia Senonico bello aurū in medium ꝯtuliſſent ad Capitoliū obſidione ſoluēdū vt mulieres vita defuncte pro concione laudarent: quū is honos ad id tempus virilis eſſet nō alterius ſexus.

❡ De Minutio magiſtro Equitum.

Minutius magiſter equitū (cui ſecundo bello Punico equatū eſt cū Dictatore imperium) temere in Penorū inſidias precipitat⁹ circūuentuſq; ab hoſte cū dimidio copiarū: erat haud dubie locū ipm Ro. clade ante Cānas nobilitaturus. ceterū Fabij Maximi Dictatoris a quo diſſentiebat in adminiſtrando bello celeri occurſu imminēti p̄iculoſo ſubſtractus: haud inepte ad infamiā diluendā gratitudinē temeritati pretexuit: vltroq; Dictatori imperiū reſtituit patremq; appellauit. fuit preterea ſuis auctor vt patronū militari clamore ſalutatum aurea corona donarent. ❡ De Populo Romano.

Statuit po. Ro. Antonio Muſe medico ſignū Eſculapio proximū ob Auguſtum periculoſo morbo ſeruatum: monumentū publice gratitudinis haud vulgare: precipuūq; artꝭ decus: ꝙ potētiſſimi populi oīnq; gentiū victoris iudicio vnus aliq̄s hominū medicine deo equari debuerit: ꝙ caput vnū: ⁊ ſi ciuitati gratiſſimū maiore felicitate: q̄ꝫ artis peritia ſeruaſſet.

❡ De Grecie gratiſſimo decreto.

Talis nec minor honos: minoreve gratitudinis fonte egreſſus: Hippocrati medico cōtigit in Greciā. nam quum peſtē ex Illirico appropinquante diceret: ex diſcipulis quodā in diuerſas Grecie ciuitates dimiſit: q̄ illis laborare inſipiētibus opitularentur. qua ꝓpter eoſdem quos ⁊ Herculi: Grecia illi honores decreuit. ❡ De eiuſdē Grecie gratitudine.

Nec ingrati animi inhumani ve affectus extitit in eadem gēte exemplū. quū enim Iſthmiaco cōuentu. T. Flauius. poſt Philippum regē victū omnibus Grecie pplīs: quorū libertatē Macedo appreſſerat: in priſtine fortune ſtatū preconis voce reſtituiſſet: tātus eſt fauor audiētiū ſecutus: vt aues ſupne volātes ad terram deciderint: quin maiora etiā gratitudinis argumēta extiterint. Chalcidenſes diu in eo pſeuerarūt: vt nulli deoꝝ tēplū niſi Flaminij nomine appoſito dedicarēt: vt Herculi: Minerue: Neptuno ve: ⁊ Flāminio ſacrū inſcriberent. ❡ De ingratitudine. Ca. ij.

SAtis cõmode moꝛtales inter ſe agerẽt:eſſetqꝫ vita bonis ꝓ
culdubio tutioꝛ beatioꝛqꝫ:ſi nõ plura extaret ingratitudis
exempla q̃ eius virtutis cuius nũc meminí.nã quotus quiſ
qꝫ alienum mauult meritũ q̃ ſuũ cõmodũ ppendere? iã ve=
ro vita hoĩm eo ꝓceſſit:vt pro beneficio ſit potẽtioꝛib⁹ gra=
tificari:credaturqꝫ diues preſtare officiũ nõ accipe:ſi obla=
tum nõ repudiet.Nulla gens:nulla ciuitas fuit in terris vnqꝫ:quã non id
vitiũ quadã tenus fedarit:vt pene pl'a in hoc vitio ſit q̃ in ceteris oĩbus
inuenire exẽpla.aut qꝛ deteſtabilioꝛa ſint ⁊ ob eã rẽ magis cõſpicua:aut
ꝙ nafa ſit hoĩs ꝯtumax:nec min⁹ aliđ velit q̃ debere. ¶ De malo angelo.

S Ed quid hoc? Lucifer qui multo nobilioꝛ ſanctioꝛqꝫ fuit hoĩe:
nisi igrato fuiſſet aĩo nũqꝫ meditari cepiſſet alti⁹ ſcãdere.quod
ingrate magis an impie cogitarit difficile ſit iudicari.

¶ De Adamo Protoplaſto.

PAri exemplo.ſed euentu minus atroci prim⁹ hõ cõcidit: terre=
ſtrib⁹ delitijs ⁊ ĩmoꝛtalitate coꝛpis amiſſa:creatoꝛis ſui imme=
moꝛ.quippe qui plus ſcire voluit:q̃ hominẽ opoꝛtebat.ſed no=
ſtra hec minus infelix:quia redẽptoꝛẽ inuenit.

¶ De Jacob ſiue Jſraele.

N Ecqꝫ Jſrael(qđ fas ſit dicere)multũ in eo gratus dici põt:ꝙ do=
mo profugus miti hoſpitio:duplicíqꝫ filiarũ cõnubio oꝛnatus
a Labane auũculo:diuitijs ꝑterea auctus:ad extremũ occultam
ab eo fugã meditat⁹ eſt:magna ſtabuloꝝ parte cũ ſeruis compilata.

¶ De Pharaone.

QUid Pharao Egypti⁹ rex:an ip̃e parũ ingrate egiſſe videri po
teſt:qui Moſen poſt ꝑclarã illã:q̃ de Ethyopib⁹ victoꝛiã repoꝛ=
tauit:Mereqꝫ ex hoſte capta:haud dubie ĩterfeciſſet:niſi matura
ille fuga ſeſe ꝑiclo ſubſtraxiſſet:numinis prouidẽtia(vt credere eſt)fuat⁹

¶ De Jſraelitarum ingratitudine.

SEd min⁹ dãnet neceſſe eſt Pharaonis factũ:qui Jſraelitarũ in
eũdẽ nõ ignoꝛat ingratitudinẽ.ppl's ſeruitio exẽpt⁹ ſepi⁹ deſide
rijs leuat⁹:manifeſtis rerũ miraculis ꝑ deſerta traduct⁹:ſeditio
ni magis q̃ pietati idulgẽs ſtulte ĩpieqꝫ ducẽ ip̃m maledictis in=
ceſſiuit:minaciter occurrit:imperiũ detrectauit:cõmunis exitij auctoꝛẽ ap
pellans:quẽ ppl'i ſeruatoꝛẽ multo verius dixiſſet.ẽ ingratitudo illa ſepi⁹
celeſti vltione expiata:ſed nõ min⁹ ꝓpterea ĩmerito duci totius gentis vi
tio repreſentata. ¶ De Saulo.

INgratus magis an amẽs fuerit Saul⁹ rex:nõ facile dixeri:quẽ
inſaniẽtẽ toties Dauid recreauit: arcaniſqꝫ eo carminib⁹ retra=
xit:vt mẽs ⁊ ratio hoĩ cõſtarẽt:cui⁹ regnũ Goliadis cede ſtabili=
uit:a cui⁹ coꝛpe violẽdo bis abſtinuit:quũ bis iniurie obnoxiũ ha
buiſſet.⁊ quũ tot mõis ille Saulũ demeruiſſet:igrat⁹ rex quo ad vixit Da
uidẽ capitalit' odit atqꝫ ita ꝑtinacit' vt ĩ eũ ſeuire nõ niſi cũ moꝛte deſierit.

¶ De Juda Schariothe.

S Ed detur hoc furoꝛi ⁊ amẽtie.Jude Scharioti:non niſi ꝑfidie
⁊ ſceleri dedĩtũ:ꝙ quẽ magiſtrum:et regem ſibi delegit.quem

eũdem e celo eẽ miraculoꝝ magnitudine ſcire potuit ⁊ debuit: a quo apoſtolatu inſignit⁹ celo admouebatur: modica pecuniaꝝ iactura q̃ in myſtica vnctione ſacri corporis fuit adeunda: viliſſimo vendidit precio: ſeipſum potius hõ infeliciter natus vendidit: vel verius perdidit pri⁹ cõſilio: mox precipiti deſperatione: vt qui omnẽ Iſraelis progeniẽ ſedẽs iudicaturus fuit: ſua ſit pfidia ⁊ impietate iudicatus.

¶ De Ethnicis Exemplis: Et primũ. De Iaſone.

Ac nunc ⁊ que in Ethnicis ſunt referam⁹. an ne aliud eque veteres poete mirati ſunt: aut potius deteſtati: q̃ Iaſonis ingratitudinẽ: qui Medeã regis filiam: cui⁹ opera aureum vellus ex Colchide abſtulit: grauiq; eſt periculo ſeruatus: ex qua pulchrã extulit ſobolẽ: noui cõnubij cupidus repudiauit. ſed mala libido male illi vertit. quippe qui nouo veteriq; toto exutus liberis amiſſis: ex ui patria: luctu ⁊ merore confectus vitam cum morte commutauit.

¶ De Theſeo.

Nec meliore exemplo: exitu ve minus luctuoſo Theſeus Ariadnã: per quã Minotauri laniatũ effugit: ſuos ciues ſeruauit: patriam ſeruicio exemit: in Naxo inſula reliquit capt⁹ ſororis forma. a cuius cõnubio ſi abſtinuiſſet: nec ipſe filio orbatus eẽt: nec Egei penates inceſti amoris ſugillati fuiſſent affectu.

¶ De Laomedonte.

Et qm̃ poetica fides in hac parte recepta eſt: age nunc: et quo ſit Laomedũ nomine cenſendus videam⁹: pfidus ille (q̃s ignorat) qui fidem Herculi nõ preſtitit: ſed magis adhuc ingrat⁹: qui accepti beneficij imemor nõ ſolũ premio fraudauit: ſed hoſpicio etiã exceptum quantum in ſe fuit perdidit.

¶ De Paride.

Maiore etiam illum fraude ingratitudineq; magis deſtabili Alexander huius nepos ex hoſpite factus eſt predo: regiam matronam regio toro abduxit: quo ſe flagitio ſuoſq; cum ipſis patriis male perdidit.

¶ De Athenienſibus.

Ingrate et in Socratẽ Athene virũ Apolinis iudicio oĩm ſapientiſſimũ iudicatum: cui pro Attica iuuentute ſancte ⁊ ſapienẽ inſtituta: venenũ rependerunt. ingrate et in Miltiadẽ: quẽ pro Marathonijs tropheis: vinculis et carcere macerarũt: cui non plus profuit q̃ aſſertor Grecie fuiſſet q̃ ſi ſignorum deſertor.

¶ De Syracuſanis.

Syracuſani Dionem ſuũ haud multo poſtq̃ per eũ libertatem receperant: vrbe eiecerũt: eiectum breui poſt ſua ſponte reuocarunt: reuocatum interemerunt.

¶ De Alexandro magno.

Tam parum ſobrie: q̃ ẽt ingrate feciſſe videri poteſt magn⁹ Alexander qui Clytũ nutricis ſue filiũ incõuiuio īterfecit: q̃ aliquã to liberio Philippi patris geſta extolleret. ſed q̃ Macedo in patrem: cui⁹ laudi inuidebat: tãtũ nec minus in Clitũ ingratus: per quẽ prelio ad Granicũ amnẽ cõmiſſo morte ſeruatus: ingens nomẽ: et imperium ſibi comparauit.

¶ De Thebanis.

N Ulla Grecie ciuitas habuit vnq̃ tam claros duces vno tēpore: nec q̃ tam cōcordi aīo rem publicā adminiſtrarent: q̃ Thebe Epaminūdam ⁊ Pelopidam: de patria in libertate aſſerta: Spartanis Grecie ꝓncipatu deiectis ampliſſimis reb⁹ domi: foriſq̃ geſtis inſignes: paucoꝝ ciuium obtrectatiōe maieſtatꝫ rei cauſam dixere. Adeo nulla vnq̃ virtus fuit tam aut ſuis vtilis: aut tam mitꝫ: quam nō domeſtica vellicarit inuidia.

¶ De plurium ciuitatum ingratitudine.

HEc eadem peſtis ceterū non ſine publice ingratitudinis ſuſpitione Hannibale abſentē reuocauit: reuocatū expulit: hec vtrūq̃ Aphricanū hunc nocturna cede: illum perpetuo exilio afflixit.

¶ D: Diſcordia: et Simultate ꝑncipū in republica adminiſtranda. Capitulum. iij.

Est (ſcio) a multis queſitū diſſentio animoꝝ: et veluti ſimultas que ſepe in his extitit quib⁹ domi foriſve ſumma eſt rei publice credita: cōducibilis ne ſit ciuitati: an calamitoſa potius. ſunt nō pauci repti qui ciuilem ꝓbent diſceptationē ſi citra ferrū id fiat: vt que ſit in honeſti et vtilis diſq̇ſitiōe poſita: qđ ſepe in ſenatu accidit: publiciſq̃ cōciliis: quū de ſumma rei cōſultatio incidit: vbi quo plures ſentētie dicūtur magiſq̃ inter ſe diuerſe: eo accurati⁹ oīa decernunt: quū qđ veꝝ ſit: quid cōducibile magis liqueſcat. ſed vt cōtentio hec ſepe vtilis domi: ſic in re bellica: quū duces inter ſe diſſident: triſtis ⁊ funeſta regnis et ciuitatib⁹. quarū rex gerūtur. Id experiētia rerū omniū magiſtra: non vno docuit euentu.

¶ De Ariſtobulo: ⁊ Hircano fratribus.

A Riſtobulus et Hircan⁹ fratres dum domi foriſq̃ ad ſe trahūt Hieroſolymitani regni ſummā: Nabatheis ꝑmo: mox Romanis paternum regnum prodidere.

¶ De Hieroſolymitanis ducibus.

NEc eo bello quo Hieroſolyma oriētis olim clariſſima exciſa ſunt: neque aliud funeſtu ciuitati fuit ⁊ exitiale: q̃ Eleazari ⁊ ceteroꝝ ducum diſcordia. horū diſſidiū non minus obſeſſam multitudinē intus afflixit: q̃ foris Romanus hoſtis qui menibus herebat.

¶ De Obelerio: et Beato Venetis Ducibus.

REm venetā adoleſcere inſipientē Obelerius ⁊ Beatus fratres: dum diuerſo viuūt ingenio: parūq̃ cōcordi animo in ſumma rei adminiſtrāda in apertū diſcrimē adduxerunt: ciuitate tam graui ⁊ ancipiti bello īplicita: vt ꝓpiores fuerint ꝑiculo qui vicere.

¶ De Varnenſi clade.

M Obilitauit varnā in ora pontici maris chriſtian⁹ cruor patrum memoria. fuitq̃ noſtris hoībus pugna illa funeſta et calamitoſa nō magis hoſtiū virtute: q̃ chriſtianoꝝ ducū diſcordia. nam dum quiſq̃ per ſe ꝓperat vincere: oīes vna victi ſunt: atq̃ occidione occiſi.

¶ De Gallis Ducibus.

CEſſiſſet Gallis Syriam Gothifredi Boloniȷ ductu et auſpiciȷ inuadentibus: poſt Anthiochiā captam multo diuturnior de Hieroſoly-

mis ceteriſq; eius terre vrbibus victoria: niſi ducū diſcordia interceſſiſſet. que in cauſa fuit: vt ſi qua leticia orta eſt ex ijs: ꝗ poſtea feliciter geſta ſūt plus nimio fuerit xp̄ianis hoībus breuis: et victoria ad poſtremū irrita.

¶ De Italorum Ducum diſcordia.

SUperuacuū ſit (credo) memorare quoties: ⁊ quibꝰ locis validiſſimi exercitus in Italia ſint aut deleti: aut male habiti ſuorū ducū diſcordia. ſic circa Emiliā patrū memoria pontificie ⁊ ſociorū copie in Bononiēſes milie a Nicolao Picinino: ducibꝰ inter ſe diſſidētibus per occaſionē fuſe fugateq; ſunt. ſic Veneta claſſis in Pado deleta: prefecto claſſis a Carmaniola diſcrepāte. ſicta Philippi Vicecomitis res: haud vno loco piclitate ſunt: tacita ducum emulatione: aut parum feliciter adminiſtrate.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primū. ¶ De Ariſtide:

QUam ciuilis ⁊ ſenatoria diſſentio ſit non ſemp vtilis: ſed obeſſe etiam poſſit vehemēter reipu. memorabilis vox Ariſtidis Atheniēſiū optimi facile declarat. cui cum ciuili adminiſtratiōe parum cōueniret cum Themiſtocle (erāt eñ igenio ⁊ moribus diuerſi) cōſtans hic ⁊ equitatꝭ amicus ⁊ ambitioſus ille ⁊ temerarius) ſolitus dicere eſt rempu. Atheniēſiū nunq̄ incolumē futurā: niſi ſe: ⁊ Themiſtocle in Barathrum conıectis.

De Achille: et Agamennone.

LOnge vetuſtior res eſt: ſed ab eo qđ nunc agit̄ non aliena. Grecis ad Troiam ſedētibus nihil eque obfuit ac regum diſcordia que multo ſeuior Danaas incubuit q̄ aut fames aut peſtilentia. fuit enim hec breuis ⁊ paucorꝝ dieru: ſed cedes que ob Achillis ſeceſſionē eſt ipſi ingenti ab hoſtibus illata: fuit omni calamitate calamitoſior.

¶ De Pericle: ⁊ Cimone atheniēſibus.

Ec Periclis et Cimonis emulatio Attice ꝓfuit ciuitati. hinc

N ſeuientis populi ſede ille tēpeſtates Pericli viro ſūmo medio belli ardore alienis ſtimulis cōcite: vt vel q̄ vtiliꝰ fierēt: eſſent ipſi duci inuidie.

¶ De Pelopida: ⁊ Epaminūda Thebanis.

EXercuit idem malū rem Thebanā aliq̄diu Pelopida hinc rēp. illinc Epaminūda ab initio trahētibus. tulit eos prima diſſentiētes: que mox rē publicā cōcordi animo adminiſtrātes ferre non potuit.

¶ De Hānibale: et Hānone Carthagiēſibus.

IAm vero ſi quis Hānibalis fremitū indignātis attendat: nihil huic dubiū erit: quin Hānonis cum eo duce ⁊ Barchina domo ſimultas plꝰ Romano populo cōtulerit ad victoriā: q̄ Metaurus et Adrumetum.

¶ De Fabio maximo: ⁊ Scipione.

QUid ꝙ ſi Fabio maximo eēt obtēperatū: Scipio nunq̄ exercitū in Aphricā deportaſſet: potuitq; duorū diſſidiū Romanū ppl'm nobili victoria priuare que breui ſecuta eſt: ac neſcio an etiā efficere. vt Italia Punicis armis diutius premeretur.

¶ De Pompei ⁊ Optimatiū diſcordia.

n: Ocuit Romano iperio: immo ipi libertati intempeſtiua Optimatiū cōſpiratio: q̄. Gn. Pōpeiū poſt clariſſimā victoriā ad ſe aliena-

uit: ꝙ eius acta ꝓbare noluiſſet. ex eo quidem fonte om̄is reipublice labes redūdauit. ac ciuilia bella que deinceps ſecuta ſunt: ex funeſta illa cōtentione ꝓfecta uideri poſſunt: que libertatē ⁊ imperiū euerterūt.

¶ De Catone: et. C. Ceſare.

Acceſſit his malis acerbus ⁊ exitialis M. Catonis ſtimulus. C. Ceſarē hoſtiliter inſectātis: uiri alioqui iuſti ⁊ equitatis amiciſſimi. fuit tamē inexpiabile illud Catonis odiū iudicia et dānationes denūciātis armato duci ciuilis belli claſſicū: ut merito Ceſar credi poſſit magis hui⁹ et alioꝝ emulatiōe parcit⁹ ꝙ dominādi libidine ex ciue hoſtis factus: ⁊ qui ꝑnceps eſſe voluiſſet ne legib⁹ cogi poſſet: ſit tyrānus verius ꝙ dictator factus.

¶ De priuatis hominū affectibus. Cap. iiij.

¶ De Chriſto.

Unigenit⁹ dei filius: qui ut hominē redimeret: hō ⁊ deus eſſe voluit: nunꝗ̄ riſiſſe dicit̃. idem īfremuit ſpū: ingemuitq̄. fleuit aūt nōnunꝗ̄ qui affect⁹ et ſi hoīn ſunt: niſi in vere ſapiētē nō cadāt. ſed ceteros hoīes aut ars aut natura effinxit. ipſe qui deus fuit talis quidē eſſe voluit.

¶ De Samſone.

Samſon (cuius vetuſtior eſt fama) mortaliū fuit fortiſſimus. mirū eſt qđ de eo ꝓdunt diuine littere. fuiſſe robur illud hoīs in capillis: quib⁹ defectis vinctus ſit ⁊ illuſus ab ijs quib⁹ terrori fuerat: ac ſepius exitio.

¶ De Salomone: ⁊ aliis illuſtribus viris.

Sed ꝙ hic fortis ⁊ validus, tam nec minus ſapiens Salomon: tam iracūdus: et īplacabilis Saulus: Job patiēs: Joſeph iuſtus: Machabe⁹ Judas audax: tam fatidic⁹ Dauid. quib⁹ ſua cuiq̄ virtus adeo inſigniter affuit: ut vnus omniū in ſuo gn̄e ſempiternū ſit nomē adeptus: trāſgreſſus ſcilꝫ hūanitatis faſtigium.

¶ De Moſe: et Helia.

Quod Moſes et helias in quadrageſimū diem ieiuniū extenderint: quia humana cōditio fidei repugnat: ut pie ita vere celi ꝓuidentie imputabit̃.

¶ De Petro Bariona.

Fleuit Petr⁹ Bariona apoſtoloꝝ ꝑnceps: ter ſuo rege abnegato. exūtq̄ affectus ille nō in triduū ſolum: ſed in om̄e vite tēpus. ut quoties triſtis illa incōſtantie ſue recordatio ſubiret animū: vbertim flere ſit ſolitus.

¶ De Franciſco Aſiſiate.

Franciſcus Aſiſiatis cōtemplatio adeo vehemēs fuit et affectus plena: tam tenaciter dn̄ice paſſioni inherens: ut ſacratiſſimi corporis ſtigmata eodem numero ſuiſq̄ locis ſint precāti illi repreſentata: p que fortiſſim⁹ chriſti miles eſt inſigniter factus.

¶ De Catherina Senenſi.

Catherina Senēſis tulit ⁊ in ipſa ſuo corpore redēptoris ſtigmata: Aſiſianc ſcilꝫ pietatis ⁊ meditatiōis emula.

¶ De Jo. Scoto.

Predicari audio Jo. Scotū: quo nemo ſubtili⁹ diuinas tractauit iras: aio linꝗ̄ ſolitū: ac velut exanimē eodē quo deprehēſus eſſet loco: p diē interdū ⁊ ampli⁹ imobilē ſediſſe mēte ⁊ ſenſib⁹ ſopitis: aut certe ꝓcul a corpe aberrātib⁹. atq̄ ita demū ab hoīb⁹ eius rei

ignaris pro defuncto elatum.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primū. ¶ De Ariſtea Proconeſio.

Tale quidē paſſus dicit Ariſteas Proconeſi⁹: cuius anima ſoli
ta ſit euagari relicto corpore. quam nacti occaſione eius inimi=
ci corpus ita affectum flāmis cōcremarūt: eſtq; menti peregre
redeūti velut vagina gladio adempta.

¶ De Epimenide Cretenſi.

Epimenides Cretenſis. l. dormiuit annos ſubterraneo ſpecu. Ce
terū tantū abeſt vt res pro falſo refelli poſſit: vt ⁊ ipſe quoſdam
agnouerit: et in his fratrē adhuc ſuperſtitem. eſt vero ⁊ ipſe a ſuis
agnit⁹: tam etſi puer admodū amiſſus. eius ſapiētia celebris fuit
in Grecis: nec etas minus inſignis: que. c. l. ſortita eſt annos.

¶ De Socrate.

Tam vero Socrates: ſi vera ſunt que de eo tradunt: ſemp eodem fuit
vultu: eadem illi tēperies animi affuit: quū vxorē duxit: que ⁊ quum
venenū bibit ¶ De Timone Athenienſi.

Tam tenax affectus nec minus fuit in Timone Athenienſi: ſed
Toruus ⁊ deteſtabilis. nam vt in hoc de quo nūc dixi ſedatus
et mitis: ita in illo atrox: ⁊ humano gn̄i infectus.

¶ De. M. Craſſi auo.

Marci Craci: qui parthico bello periit: auus greca voce Agela
ſtus eſt dictus: quia nunq; ridere ſit viſus: vt minor Antonia
que Druſo Auguſti priuigno nupſit: nunq; ſpuere.

¶ De Vergilio Vate.

Vergilius Vates ſuſpirabūdus vbiq; obſeruatus eſt: vnde fa=
cetum illd Auguſti reſpōſum inter hunc ipſum ſedētis: ⁊ Flac=
cum Horatiū qui ab oculorum lippitudine laborauit: rogatus a
quodam amicorū quid ageret: ſedeo inquit inter ſuſpiria ⁊ la=
chrimas. ¶ De Pericle: et Nicia Acheñ.

Retrahor nunc tacito admonitu ad exteriora exēpla: quis non
hoc nature iputet: fuit Pericles Atticus: fuit ⁊ Nicias: equa
les ſe inter ſe auctoritate ⁊ opibus: eiuſdē ciuitatis principes:
ingenio tamē tam diuerſi: vt oīa huius opa cōſiliaq; pacis fue
rint: illius armorū ⁊ bellici apparatus.

¶ De Fabio maximo: ⁊. M. Marcello.

Ex noſtris quoq; hominib⁹ duo diſpari ingenio viros ſm bellū
Punicū illuſtrauit. M. Marcellū rei bellice adeo ſtudioſum:
vt per quietē nihil aliud q̄ prelia meditaret: et Fabiū maximū
cuius cunctationū min⁹ celebris defluxit ad poſteros: q̄ Mar
celli ferocia manauit.

¶ De honore doctrinarum ſtudijs exhibito. Ca. v. ¶ De Habraamo.

Egyptū ingreſſus Iudeorum optim⁹ Habraam⁹: ignot⁹ quidē
oībus nec ipſe quēq; indigenarum nouerat: verū cum ſacerdo
tibus eius gētis ſepius cōgreſſus celeſtiū et humanarum rerū
vir ſciētiſſim⁹: breui in eam dignitatē venit: vt ne pncipibus
quidē eius ordinis cederet cultu ⁊ veneratiōe: p quos regi

inſinuat⁹ nõ ſolũ domeſtico pudore integro regem coluit: ſed agrum etiã quẽ coleret dono accepit. ¶ De Dauide.

Ullus vnq̃ regũ infeſtiore fuit aio in oẽs hoies minuſq; pla-
M cabili q̃ Saulus Judeoꝝ rex. nec idem quẽq̃ hoim infenſius odit q̃ Dauidẽ: quẽ ab eo adoleſcẽtia plus nimio habuit inuiſum. eius (vt credi par eſt) indolẽ verit⁹ (ſemp eni aliena virtus formidoloſa fuit tyrãnis) aut certe quia inunctũ a ꝓpheta nõ ignoraret. verũ ⁊ ſi grauiter odiſſet: Muſicen tamẽ in eo cõplexus accerſiuit nõnũq̃ ad ſe: ⁊ canentẽ hilariter ⁊ piucũde audiuit. ¶ De Moſe.

Quid rogo: quid ſm numinis ꝓuidentiã affuit Moſi: qua ꝓpter tanta vis mortaliũ vni hoim credidit: vt pacatã et delitioſam terrã fugiens per deſerta ⁊ deuia loca: qd nunq̃ viderãt ſolum tanto ſtudio ⁊ labore queſiuerit. Niſi diuinaꝝ rerũ ſcientia: humanarũq; peritia a pͥmo mũdi exordio illi cõtigiſſet: nũq̃ genus hoim cõtumax alioqui ⁊ ſeditioſũ: tam patiẽter ⁊ ducẽ ⁊ legum latorẽ tuliſſet. valuit ſcio multũ antiqua pietas. ſed hanc ipſam in cõflatiõe vituli haud dubie antiquaſſet: niſi viri auctoritas interceſſiſſet.

¶ De Ptolomeo Philadelpho.

Tolomeus Philadelphus ſeptuaginta ſenes bibliace hiſto-
P rie ſciẽtiſſimos ab Judea vſq; in Egyptũ vocauit. quos regia vrbe acceptos hoſpitaliter ⁊ benigne coluit eorũq; interpretationẽ cupide cõplexus magnis a ſe munerib⁹ donatos honorifice dimiſit. neq; id genti datũ magis q̃ doctrine credere eſt: quũ nulla tũ gens eſſet in terris inuiſior oĩbus aut deſpicatior q̃ iudei.

¶ De Jo. Campegio.

Unt ⁊ nr̃i tempis exempla nõ vulgaria. Jo. Cãpegio Bononiẽ-
S ſi publico decreto in Patauinũ Gymnaſiũ accerſito: poſteaq̃ eius acceſſ⁹ appropinquare dictus ẽ ob excellẽtẽ eruditionẽ nominiſq; celebritatẽ: a magiſtratibus vrbis (quod niſi regib⁹ aut ſũmis pͥncipibus dari cõſueuerat) a Gymnaſi archis ⁊ omni fariã ꝓfeſſoribus: ingentiq; officioꝝ frequẽtia itũ eſt obuiã: vt nulla hoim mẽoria ꝓfeſſorẽ honorificẽtius acceptũ viderit Patauina ciuitas.

¶ De Uicetina ciuitate.

S Udiuit Uicetina ciuitas ex rhetoribus noſtre etatis Sabellicum obſcuri adhuc nominis pegre trauſeũtẽ. ceteꝝ dicendi facultatem in eo admirata: argẽtea patera magni ponderis: ⁊ qd plus fuit: ciuitate donauit. ¶ De Ethnicis exemplis Et pͥmũ

¶ De Syracuſanis.

DEderũt ⁊ Syracuſani nõ parũ Euripidi Poete. in cui⁹ gratiã pleroſq; Atheniẽſiũ: qui apud ſe ſeruitutem ſeruiebãt: libertate donatos domũ incolumes dimiſere: ꝙ aliqua ipſi⁹ poete carmina mẽoria tenerẽt. quãto plus ipſi carminũ auctori demũ daturi: ſi ijs q̃b⁹ cure fuit illa diſcere: tantum tribuere. ¶ De Dionſio Tyranno.

Ulgatiore fama eſt illud iunioris Dionuſij. ſed is cui honos ille eſt exhibit⁹ nõ patiť rẽ ſilẽtio pͥteriri. ex Athenis in Siciliã a tyranno accerſit⁹. Plato: naui qua veherer ⁊ ad id in Atticã miſſa: ad inſulã dela-

tus egreſſuſq; vitata naui in litt⁹ albis eſt quadrigis a Dionyſio except⁹: ac triũphãtis more ante nobiliſſime ciuitatis oculos preteruectus.

De Alexandro Macedone.

A Deptus Alexander Macedo poſt Dariũ prelio victũ: ſcriniũ in regia preda ex auro ꝛ gẽmis fabrefactũ: ſciſcitat⁹ ab ijs qui Perſice erãt luxurie nõ ignari: ecquis nã eſſet tam pcioſi opeˀris vſus vbi regia audiuit in eo vnguẽta ſuari ſolita: quin inqt rei magis precioſe ſit poſt hac cuſtos. Homerũq; in loculo clauſit. dign⁹ ipſe qui preconẽ: quẽ Eacide inuidit: eſſet aliquãdo ſortitus.

De eodem Alexandro.

Nec Pindaro vati parũ eſt ab eodem rege datum. qui Thebis bello captis: quũ vrbis excidio imineret: edixit a Pindari penatib⁹ et eius familia: omnis vis bellica abſtineret.

De Atheniẽſibus.

Geroſo ob veriſſimas rerũ predictiões ſtatuã poſuere Atheniẽſes iaurata lingua: ampliſſimũ Grecie conſiliũ eoſdem Hippocrati quos ꝛ Herculi honores decreuit. Antonio Muſe medico Romane ciuitas ſtatuam Eſculapio pximã: ob Auguſtum morbo ſeruatũ.

De Pompeio magno.

Gneus Pompeius: qui cũ maior Auguſti auũculus. C. Ceſar de ſumma rei armis diſceptauit: quũ clariſſimã ex oriente victoriã reportaret oĩs liberaliũ artium pfeſſores Rhodi audiuit: auditos amplis munerib⁹ donauit. Poſſidionĩ edibus Stoice diſcipline viri tũ forte egrotãtis: eos ſubmiſit faſces: quib⁹ ſe totus oriens ſubmiſerat.

De Hoſpitali iure. Capitulũ. vj.

Quum multe ſint neceſſitudines: et multa vincula: et iura: qbus hõ homini iũgitur: nullum propemodũ maiore ſibi religione ſanxit vita: q̃ hoc qđ hoſpitale vocant. de quo tanta ab initio recepta eſt opinio: vt ad illud vindicãdum Iouem e celo lapſum fabulata ſit vetuſtas. quidã ex philoſophie aſſectatorib⁹ quũ de officijs (quibus magna pars vite cõtinent) diſſererent: oĩa cognatiõis ꝛ affinitatis iura: huic vni poſt habenda cenſuere.

De Loth viro iuſtiſſimo.

Videnť mihi ij: qui ita ſtatuerũt: nõ minus vite cõſulere: q̃ equitati voluiſſe. hoſpitali enim iure ſublato: nulla inter hoies eſſe poterit vite ſocietas. viderũt hoc alij: ſed oĩm maxie vidit ꝛ cuſtodiuit Loth vir iuſtiſſim⁹: que duas filias virgines multitudini cõditione obtulit: ſi ab adoleſcentiũ ſtupro abſtinerẽt: qui ad ſe nup diuerterãt. erant hi celeſtes nũcij quum hoies crederent: ceterũ tãti fuit illa hoſpitalis pietas: vt vnus oĩm ſit cũ tota domo ſuat⁹: Sodoma ppinquiſq; vrbib⁹ celeſti flãma parit cõſumptis.

De Habraamo.

F Uit huius equalis Habraam⁹: magno ꝛ ipſe hoſpitalitatis exemplo hac parte cẽſendus. q̃ in Mambrica valle ante tabernaculi hoſtiũ ſedens: omnes pegre trãſeuntes comiter inuitabat. meruit pia illa comitas celeſtes hoſpites: quos munificus ſenex lacte pauit: butyro: vitulina carne paneq; cineritio: pedes lauit: deduxitq; officioſe abeũtes.

De Gabaonita hoſpite.

MAgna ⁊ in Gabaonita hoſpite fides: qui vt Leuite hoſpitꝭ ſui cõiugem ab corpis iniuria vindicaret: filiam intẽperãti iuuenũ ceтui: qui hoſpiti iminebãt: ad ſtuprũ obtulit: equiore animo domeſticã labem: ꝙ alienam laturus.

¶ De Siluestro Ro. pontifice.

NOn potuit Silueſter Ro. pontifex Timotheũ hoſpitem ſuum: ex Anthiochia profectũ incolumẽ preſtare: quia Chriſtiani eſſet fidei cultor. eo inuito ⁊ dolente ad ſuppliciũ acceptꝰ eſt: martyrioꝗ cõſumptꝰ. preſtitit qḋ potuit ſanctiſſimꝰ põtifex: ex tinctum humi cõdidit: ac ꝙ comiter viuo hoſpitiũ detulerat: tam pie mortuo ſepulchrũ detulit.

¶ De Gerbonio Populonieñſ.

Vltum preſtat qui quantu in ſe eſt: iniuriã arcet ab hoſpitibꝰ

M ſed plus oĩno qui hoſpitalia iura ſuis rebꝰ preſert: mauultꝗ propriã domũ ꝙ hoſpitem ꝑclitari. verũ qui ſe morti deuouet pro huius icolumitate: is omniũ maxime ſpectãdus: qḋ Gerbonius Populonieñſis antiſtes fecit. qui dum ſuos ptinacꝰ egit hoſpites qui a Totilia ad ſuppliciũ requirebant: ipſe barbari regis iuſſu: vrſoꝝ laniatui obijcitur innoxius: que res rubore regi impoſuit in eum ſeuiẽdi: cui ſeuiſſime fere pepercisſent. ¶ De Gregorio Ro. pontifice.

Vllius in hoc gñe plus valuit ſtudium: ꝙ Gregorij Ro. pon-

N tificio: qui quũ ex foro: compitis. et tota vrbe acceſſeret quos pie hoſpitaret: Chriſtũ meruit ignoto habitu hoſpitem habere. nam ſic ille opinat eſt: poſtea ꝙ ex omniu numero quos cõuiuio admouerat: vnus repente euanuit: viſuſꝗ eſt ſibi per quietẽ monerẽ equum ⁊ bonũ fuiſſe: vt qui toties mẽbra cõuiuio admouiſſet: admoueret ⁊ caput. ¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De cimone Athenienſi.

PAri in hoſtes affectu fuit ⁊ Cimon Atheniẽſis. ſed aliud omnino ꝙ hic cuius nũc hoſpitalitas ſignata eſt: ſtudiũ ſecutꝰ: is omnia ad pietatẽ retulit: ille ad gloriã et nominis celebritatẽ. ceterũ quocũꝗ Cimon cõſilio id fecit: priuatos lares in publicum velut hoſpitiũ vertit: quod iuxta ciuibus pegriniſꝗ pateret: prediorũ fructus oĩbus legere volẽtibus ꝓpoſuit. nullum fuit tempus quo nõ hoſpitalitati indulgeret. eſt ꝑinde ⁊ a Cratino diuinus et in hoſpites officioſiſſimꝰ hoĩm iudicatus. ⁊ Critias tyrannus quũ Scopadum diuitias ſibi optaret: ⁊ victorias Egeſilai adiecit Cimonis liberalitatem. Atheniẽſis ciuitas (quod ſatis cõſtat ꝓ publicũ illud in hoſpites ſtudium tota Grecia celebratũ: Cimonis munificẽtie tulit acceptum.

¶ De Lyca Lacedemonio.

FUit ⁊ Lychas Lacedemonius hoc clarus nomĩe. qui in gymnicis agonibus peregrinos lacedemonẽ adeũtes comiter excipiebat: benignoꝗ fouebat hoſpitio.

¶ De Troezenijs.

SEd exempla hec priuatorũ: illud vero publicum: et omni euo duraturũ: eo ꝙ medicis tẽporibus Troezenij Atheniẽſium vxores et li-

beros metu hoſtiū patria eiectos in vꝛbē accepere: acceptos publica pecunia aluerūt:edictūqꝫ eſt vt pueri vnde vellent:īpune ſibi fruct⁹ legerēt.

¶ De Iubio Pac.aco Hiſpano.

n Ec Iubij Paciaci Hiſpani fides parū memoꝛanda:cuius opa hoſpitaliqꝫ affectu octonos mēſes.M.Craſſus ꝓfunda ſpelunca latuit in extrema Hiſpania:quo tpe pater eius ⁊ frater a.C. Mario ciuili bello interfecti ſunt ipſe celeri fuga delatus cuꝫ.x. comitibus in altā ſeſe ſpeluncā illatebꝛauit.hic nō ſolū tutus fuit Iubij ſilentio:ſed benigne etiam cultus:vt nō modo cetera coꝛpoꝛi neceſſaria nō defuerint:ſed ſupfuerint etiā omniū voluptatū inſtrumenta.

¶ De Pacuuio Campano.

Accepit hoſpitio Hānibalem Carthaginenſium ducem Pacuuius longe pꝛīceps Cāpani nominis:cuius filius romanis gratificaturus.penum hoſpitē ſup cenam interficere.cogitauit:peregiſſetqꝫ haud dubie feroꝛ iuuenis audax facinus:niſi paternis precibus ⁊ lachꝛymis victus(placuit enī cum patre priuſqꝫ cōuiuiū iniretur id cōſiliū cōmunicare)pꝛopoſito abſtinuiſſet.potuit ille excidiū qđ Cāpano nomini imminebat:ſua dextera redimere:niſi pluris hoſpitalē pr̄is ſui fidem domeſticoꝛūqꝫ lariū pꝛeſentiā:qui tanti hoſpitis cede erāt polluendi ꝗ patrie ciuiūqꝫ ſalutem feciſſet.

¶ De pꝛoſpera foꝛtuna. Ca.vij.

Foꝛtunā nil aliud eſſe philoſophoꝛū quidam arbitrati ſunt ꝗ inopinatū rei euentū.nec his multi numero aſſenſi ſunt ſed multo maioꝛ pars hoīm lōge aliter opinata eſt:eſſe foꝛtunam deam quandam cui poteſtas ſit res humanas ad libitum vertendi:que ceca ſit:volubilis incōſtans:caſu gaudens nō rōne:deſperare incipientibus ſepe arridens : ſecūdis rebus infeſta.⁊ ſtultitia moꝛtalitas circa hec caligat: quum multo equius queant oīa que fiunt ad diuinā pꝛouidentiam referri.verū quando ita perſuaſum eſt:vt magna ſit vis foꝛtune in vtrāqꝫ partem:quibus hoīm maxime obſecuta dicatur:bꝛeuiter cenſendi ſunt.

¶ De Moſe.

n Efas ſit reo nefas ⁊ impiū ea que in Moſe euenerūt:ecce foꝛtiſ foꝛtuneqꝫ voluminibus:nō diuine volūtati imputare : ſed ſi qͣs vulgo temere acceſſerit:nōne nouū putet ⁊ inauditum: deā quā ſtulti fingunt:tam nouum iuſſiſſe ludum:infans Moſes paruus inclusus ciſta.⁊ in nilū pꝛoiectus:quū ſine ſpe vlla ſalutis veheret:Crocodilo:ceteriſqꝫ belluis id flumē natantibus pꝛede eſſe potuit.ceterū ſuo vagitu pꝛoditus:a regis filia:⁊ cetu puellarū cū plauſu excipitur fitqꝫ regie domus alūnus:moꝛ regni ſucceſſoꝛ deſtinatus:ex ſeruo ingentis exercitus imperatoꝛ factus Ethiopicū bellū cōfecit:eundē:vt incōſtans eſt ⁊ varia:repudiauit:repudiatū exilio dānauit:damnatū reſtituit ſueqꝫ gēti vindicem ducēqꝫ deſignat:in aſſerenda libertate ꝑ medios fluctus pelagi pedeſtrem ducit exercitū: per deſerta ⁊ inculta loca alit.ingentes hoſtiū exercitus inermis fundit.legibus populū inſtruit.ſed qui hec foꝛtune opera credit:cū Leucippo delirat:qui celum ⁊ omnia que celo tegūtur pꝛouiden

tie ademit. ¶ De Dauide.

At ꝛ dauidi parũ indulſiſſe dixerit:vanus hic vaniſſime rei cul=
tor:qui ab ouium paſtione accerſitus: Rex inunctus eſt ex tot
fratrib⁹:minimus natu:aut ꝙ pene puer Philiſteũ immani ſta=
tura virũ quẽ omnis iudea formidauit:vno ictu ex prouocatio
ne peremit:ꝙ Saulum regem ſibi infenſum bis cedi opportunum habuit.
cũ hoſte nunꝗ̃ infeliciter cõflixit:ꝙ regnũ furto ...ẽptum breui recepit:
inoffenſaqꝫ vixit valitudine ad extremũ vite:ꝓlemqꝫ numeroſam reliquit
Et ex ea regẽ ex ſentẽtia deſignauit:vt poſteritatis etiã ſecurus moreret

¶ De Salomone.

Salomon qui regnum per manus ab illo accepit: ꝑter affluẽtes
regni opes:ſapiẽtia humana oẽs alios ãcelluit mortales. ad
quã cognoſcẽdã ab extimis terris reges venere. Templũ oĩm ꝗ̃
in terris fuere:auguſtiſſimũ cõdidit:ꝓditũ dedicauit.multa tã pie
ꝙ̃ ſapienter ſcripſit.ob ,tꝗ natu grãdis liberis ꝛ regno incolumi.ſed pro
uidentie ſup hec que ꝓphanũ vulgus mauult fortune fuiſſe.

¶ De Aiotho:ꝛ Gedeone.

Simulior fortune curſus in Aiotho et Gedeone.ceteꝝ vterqꝫ ſuo
conatu felix.Hic ꝙ tres validiſſimas gentes:que iudee hoſtiliꝰ
imminebant cũ modica ſubitariorũ manu ꝑter ſpe oĩm nocte vna
afflixit.ille ꝙ ſeruitutis iugũ ex ſuorũ ceruicibus excuſſit:Egẽ
lone moabitarum rege tyrannidẽ in iudeos exercete ex occaſione interfe=
cto.Maior Brutꝰ fama quãto ſcilicet Roma maior ꝙ̃ vna iudee ꝑs trãſ=
iordanẽ ſita. Ceteꝝ huius indoles maior:ꝛ felitior euẽtus. ille cũ multis
Ceſarem ꝑemit:hic ſolus.libertatem Brutus retinere nõ potuit: Aiotus
retẽtã ita ſtabiliuit:vt etate vna ipi genti icolumis manſerit.

¶ De Theodorico Gathorum Rege.

Contingit et Theodorico Gothoꝝ regi nõ vulgaris felicitas.fu=
erunt hi chriſtiani nominis:ꝛ ſi Arriana labe infecti.is italie im=
perio potitus vix tam feliciter ẽ terrã ipſam adeptus: ꝙ̃ paucate
poſtea annos.lx.ꝛ amplius poſſedit.

¶ De Nicholao Ro.pontifice.

Est etiãnũ recens exemplũ qđ patrum memoria accidit. Nicolaus
pontifex maxim⁹. Serzane i Hetruſcis ortus: vni⁹ anni ſpacio=
ptres ſupremos dignitatis gradus magno fortune:ſed verius ꝓ
uidentie ſuffragio:ad pontificatus maximis faſtigium euectus eſt.

¶ De ethnicis exemplis:Et primũ De Homero.

Multi fortune indulgẽtia felices habuit:ꝛ ſi nemo vere felix fuit
vnꝗ̃.ceteꝝ alius alio ſucceſſu vſus eſt.Quo fit vt nõ ſolũ ꝗ̃ bello
gerũtur cenſenda ſint hac parte operis: ſed ꝗ̃ in reliqua etiã vi=
ta proſpere euenerũt. nã ſi poeticẽ ſpectes, Homerus nõ ſolũ
felix eſt habendus:ſed omniũ in eo genere feliciſſim⁹:ſiue operis fortũa:
ſiue materia eſtimetur. ¶ De.M. Tullio.

Si lingue vis:ꝛ dicendi facultas ſpectanda eſt: cui fando vnꝗ̃ cõti=
git:vt non homo:ſed eloquẽtia loqui crederet:non hoc pericli tam
etſi furgurare ꝛ ciere tonitrua ſit dictus: nõ Hiperidi qui pericli ꝓmus

eloquẽtia floruit: non demũ ipſi Demoſtheni: quem dicendi vt nullus po-
tuit equare. vnus. M. Cicero felicitate quadã adeptus eſt: vt eius nomen
pro eloquẽtia in ora hominũ abierit. Is dein Catalinã vrbe expulit: An-
toniũ proſcripſit. Agrariam legem abrogauit: et ꝙ oĩm feliciſſime illi cõ-
tigit: latinũ ſermonẽ non auxit ſolum: ſed longe etiam lateqꝫ ꝓpagauit:
quod multo pulchri⁹ fuit: ꝙ ſi Romanũ auxiſſet imperium.

De Ageſilao Lacedemonio.

AGe nunc: ⁊ quãdo de artium ſucceſſu in diuerſa parte operis
ſua erit relatio: ad ea reuertamur: in quib⁹ mortalitas ſagaci⁹
fortunã expendit: que adeo in bello indulſiſſe credita eſt Ageſi-
lao Locedemonio: vt Critias Athenienſiũ tyrãnus inter pau-
ca que ſibi optare ſit ſolitus: Ageſilai victorias omniũ impen-
ſiſſime optauerit.

De Alexandro magno.

Maior Alexandri felicitas: immo omniũ maxima in re bellica:
qui pene puer in domãda Grecia adeo philippum patrem iu-
uit: vt Macedonũ primus in ſacram Thebanorũ cohortẽ im-
petum feciſſe dicat. mox patre amiſſo Thebas diripuit: The-
banorũ opibus fractis: oẽm Greciam ad imperiũ retraxit: in Aſiam trã-
greſſus triplici prelio Perſaꝝ regnum: quod tamẽ maximũ fuit in terris
auertit: ac pene plura perpetuo victorie curſu ſubegit regna: ꝙ ceteri du-
ces vrbes. et quod omniũ ꝓſperrimũ fuit: trium prope annorũ ſpacio ab
Europe limite ad Gangem Macedonica ꝓmouit arma.

De. C. Ceſare.

PAr felicitas in bello cõtigiſſet ⁊ Ceſari dictatori: ac neſcio an
maior etiam niſi ciuilis belli nefas: decus alibi partũ ad extre-
mum deturpaſſet. nullus imperatorũ ſepius collatis ſignis dĩ-
micauit. nullus ꝓſperius ad centum milibus perduellionũ bis
vno die ceſis nullus ferociores vicit gẽtes: Europam cede do-
muit Aphricam cõſilio: Aſiam celeritate.

De Pompeio.

GNei Pompeij proxima felicitas. de oĩbus terris triũphauit:
Aphrica: Aſia: et Europa: ante impator ꝙ miles: prius trium-
phalis ꝙ ſenator: aut conſularis. nullus Romanoꝝ ducum de
tot gentibus vno die triumphũ egit. nullus Ro. ducũ victor tot
ꝑcurrit terras. mille caſtella ex hoſte cepit: vrbes octingentas: parem na-
uium numerũ. ſed preclarũ hunc fortune curſum: ciuilis belli infamia fe-
dauit: qđ extremo vite tẽpore geſſit: aut quia voluntariũ fuit: aut certe qꝛ
non neceſſarium.

De Scipione Aphricano.

INdulſit ⁊ Scipioni non parum imaginaria hec poteſtas: quam ſi-
bi ſtulta mortalitas effinxit. is quũ per etatem adhuc magiſtratũ
capere non poſſet: extraordinariũ imperium adeptus: quattuor
Carthaginenſiũ duces: et totidẽ exercitus Hiſpania expulit. om-
ne Hiberum nomẽ quod punico ceſſerat imperio: ad Romanũ nois obſe-
quium retraxit. mox ⁊ Aphricam adeptus: nocte vna bina caſtra: binoſqꝫ

deleuit exercitus. Syphacem regem Romani nominis hoſta cepit. Carthagini caſtra admouit. Hānibalem ex Italia reuocatū: ⁊ ad Zamam ingenti prelio victum ad eam deſperationē compulit: vt qui fax belli: dux ꝗ ab initio fuerat: petende ſit pacis ſuis ciuibus impulſor verius ꝙ auctor factus.

De ſubita mutatione fortune. Capitulum. viii.

SApienter feciſſe videri poſſunt qui fortunam volucrem: cecam: variamꝗ finxere. nihil certe hac vna (ſi quid illa eſt) inconſtantius: nihil magis variabile. nunc blanda: et indulgens: nunc ſeua ⁊ infeſta. nec vllis infeſtius iraſcit: ꝙ quos indulgentiſſime fouit: fitꝗ ex matre ſubito nouerca: ex nouerca mater. nec ſi queraƚ cauſa alia reddi poſſit: ꝙ ꝗ ita libeat: ꝗꝗ incerte ſortis ſint res humane circūſcribit tamē ſeſe ſtulta mortalitas: prudētiaꝗ reputat ſuam tanꝙ homo ſemꝑ ſapiat: preſertim in rebus ſubitis ⁊ inopinis. in quibus ne ſapientes quidē ſatis ſibi ſapiunt.

De Moſe.

Am quis per deum Moſem non ſapiētem arbitreƚ? et tamē quum talis eſſet: poſt Ethiopicā victoriam: quū luctum ⁊ ter
M rorē qui Egypto imminebat: in hoſtes vertiſſet: aleretꝗ iam certam ſpem regni per ſucceſſionē indipiſcēdi. repente ſunt illi omnia mutata. perierat niſi fuga ſolum vertiſſet. eſtꝗ repente ex duce ~~exul factus ex ſucceſſore~~ infeſtiſſimus. pauit ꝓinde alienas oues diu in Troglodytice. reuiſit demum iacentē fortuna: ſed ꝓuidentia verius dixerim. et qui nuper buiebat: vt per Regi obijcitur. qui oues verſabat: ſexcētis hominū milibus preficiƚ: qui vni batueli erat notus apud omnes: oīmibus fit gentibus illuſtris. ⁊ demū qui ſue erat libertatis indigus: fit aliene aſſertor. Uſꝗ adeo vis hec (quecūꝗ eſt) omnia humana verſat letis triſtia miſcens ⁊ leta triſtibꝰ: nulla re magis ꝙ varietate gaudens: et ꝙ non expectaƚ: fere ſe ingruens.

De Iſraelide.

FUit is: qui tam varie iactatus eſt ab Iſraele ꝓgnatus. in quo neſcias maior ne ſanctitas fuerit: an prouidētia: eſt tamē nihilo ſecius humanarū rerum inconſtātiam expertus. Nam cum opibus et liberis Chananeorū eſſet longe princeps: orbatur repente filiorū chariſſimo. ſequitur hunc luctum dira fames. et qui ceteris mortalibꝰ opitulari erat ſolitus: ad alienas cogiƚ opes cōfugere. torquet ſenem deſideriū decem filiorum in longinquā frumentationē profectorū. additur duplex luctus: et obſidis relicti: et alterius filij inſuſpectā terram oblegandi. ⁊ vnius viuax ſenectus tot modis torquebatur quū ⁊ is quem diu luxerat: et quibus demū timebatur repente reſtituūtur. eamꝗ terrā quam nuper impēſius horrebat: Ioſippi cupidus natali ſolo pretulit: in egyptum cum tota domo ꝓfectus. vbi honorifice a rege acceptus: agrumꝗ ex ſentētia adeptus: in ocio et diuitiarū affluentia extremum vite tempus exegit.

De Iob.

QUid magis ſubitū eſſe potuit: quid minus euitabile: ꝙ quū ſubita domus ruina cohortē illam obruit filiorū vnius ſenis ⁊ ſi iuſti ⁊ innocētis: hūanis tamē caſibꝰ obnoxij: ſecuta eſt: iumentorꝝ pecorū: frugū calamitas. Acceſſit erumnarū cumulo tediſſima tabes corpis: et putreſcētis dira mēdicitas: vt ex oīm nuper florētiſſimo: miſerrimꝰ haberet. ſed ꝙ precipiti lapſu corruit: tam celeri curſu oīa que amiſerat: recepit.

De Dauide.

ET vt clara noia ſepius repetant: nam hic meliꝰ ꝙ ſi obſcura ponerent. dauid rex ab exilio in regnū vocatus eſt. Regio deturbatus ſolio iterū fit exul. eiecto ⁊ extorri ac ſibi ipſi diffidenti: eadē illa ſors incōſtantie alūna diadema reſtituit.

De Joa.

PAri ludibrio: ſed cur non ꝓuidentia potius dicat? Joas cum increpūdijs eſſet: oīi virili ſtirpe Dauitice gētis crudeliſſimo Athalie imperio vno die extincta vita donatus eſt: regno ſpoliatus: puer tamē adhuc regnū recepit. receptū turpiter amiſiſſet. niſi illud aliquāto turpius omni regia gaza fuiſſet ab eo redemptū. Ad poſtremū: ferrum qđ infans aliena effugit ſolertia: ſua ipſius effugere non potuit:

De Gregorio ſeptimo.

GRegorius ſeptimus: qui ita fregit Henricū tertium vt brumali tempe nudis pedibus ad ſe ire coegerit: in Adriani molē metu cōpulſus: Romam vidit a Normanis inceſam: et Clemētē aduerſus ſe ꝑōtificem creatum. Poſtremo ne in vrbe quidem: vbi dignitatis faſtigiū fuerat adeptus cōtigit mori. nullus Romanorū pōtificū maiaoribꝰ eſt fortune fluctibꝰ iactatus: nullus ſuiſꝙ deꝙ magis vtramꝙ vicem ꝑtulit: vt prouidētia factū videri poſſit: quo ad humane vite exemplū fortuna ⁊ virtus in vno cōponerent lumnio.

De Sarra Columnius.

SUbijciam his que vetuſtiora ſunt: duo recentis memorie exempla: erat Sarra Colūnius facile princeps Romane ciuitatis: auctoritate: opibus: ſobolis: preſtātia. quippe cui duo erāt filij in ſupremo antiſtitū ordine collocati: geſtabantꝙ puniceū galerum. qđ vix duobus alijs datum facile repias. et quum is ita opibus ⁊ dignitate floreret: ſubito fortune reflatu veriuſꝙ Bonifacij inſectatiōe (fuit is Ro. pontifex huiꝰ nois octauus) repente afflictus: filios dignitate ꝑuatos: ⁊ in ordinē redactos vidit: caſtella circa vrbē ſue ditionis direpta ⁊ incēſa. Ipſe hoſtis iudicatus: ⁊ a predonibꝰ captus diſſimulata ꝑſona ſeruitutē maluit ſeruire: ꝙ fateri quis eſſet. Reuiſit eum fortuna: ac Maſſilie agnitꝰ redēptuſꝙ a piratis: cū modica manu in Italia reuerſus pontificē incautū opprimit: in vincula cōijcit: cōiectum luctu: ⁊ pedore carceris cōfecit. princeps locus recipit: reſtituūtur filij: opes ampliātur: maiore ne fortune ludibrio: an obſequio: ne ipſe quidē expedire potuerit qui ꝑ hec exercitꝰ eſt.

De Ludouico Sfortia.

NOn victus prelio Ludouicus Sfortia florētiſſimo excidit principatu. Sed vix tam celeri deſperatiōe ceſſit: quāta paucis inde mēſibus virtute ⁊ indole Mediolanū et circūiectas vrbes recepit: exercitū inſtaurauit: Gallos perculit. eratꝙ iam victor quū

recentior vis multo priore infeſtior in hoſtiū petātem deiecit:ſubita milit tum defectione proditum. vt tam breui ſucceſſu ampliatus a fortuna dici poſſit:non adiutus. ¶ De Neapolitano regno.

S Ed·nulla vnqꝫ ſcena tam volubilē egit fortunā:qꝫ ſeſe ipſa his paucis annis ſpectandam prebuit in Neapolitano regno. Tradidit Ferdinādus ſenior regnū p manus Alphonſo iuniori. is eodem anno:quo regnare cepit:Gallorum metu regnum Ferdinando filio reliquit. Galli qui Caroli octaui ductu bellum intulerāt: Ferdinando eiecto omnia occupant. Carolo abeunte intra annum Ferdinādus Neapolim cū regno recepit:receptū moriens Federico patruo tradidit habandū. is a Ludouico rege:qui Carolo ſucceſſit pellit. Galli deinū ab hiſpanis qui ex federe in regni partem venerant:non vno prelio victu Caieta nouiſſime deijciuntur. Et per hec fortune volumina pene plures numerantur reges:qꝫ anni a maioris ferdinandi interitu ad Hiſpanorū victoriam. q̄ rerum incōſtantia fecit: vt iam ſit illud in ore multorum:eſſe Neapolitanum regnum aſino per qꝫ ſimile:qui clitella cum ſarcinis deiecta ſiſtit curſum:⁊ agaſonem reſpicit:onus iterum ſubiturus.

¶ De Ethnicis exemplis.

Thec noſtratia:qꝫqꝫ interim pauca nam nulla i re pluribꝰ abūdamus exemplis verum ſint hec licet non pauca Ethnicorum tamen vt in ceteris vberior erit materia:qui non ſolū fortunaꝫ aliquid eſſe crediderunt:ſed conſecrarunt etiam: templūqꝫ huic vnus ꝑpotens populus nō vno loco ſtatuit. ſed cur ſtatuere nō debuit:in ſuorum vanitate imbutus? ¶ De Seruio Tullo.

S Eruius Tullius:cui regnū incidit in ipſo vrbis primordio:nulli deorū tullit acceptum preterqꝫ fortune: ꝙ ex Seruo regnum eſſet adeptus. ſed cui potius referre potuit homo in Cimmerus ortus tenebris? ex ſerua ſeruus natus:diadema tulit. excuſſit id inſigne illi ſubita fortune mutatie. ſolio deiectus preceps ex curia agitur: crudeliter interficitur. ⁊ quod omniū atrociſſimum fuit:filia per iacentis corpus egit currum.

¶ De Lucio Metello.

LUcius Metellus:qui quindecim vir fuit:Magiſter equitū:bis conſul:Pontifex maximus:primus elephantos i triumpho duxit:cui decem illa ornamenta affuerūt:que feliciſſimo ciui:ciuitate feliciſſima poſſunt contingere. fuit enim ſtrenuus bellator orator optimus:imperator feliciſſimus:maximas res ſuis auſpicijs geſſit:ſummis honoribus vſus:inſigniter ſapiens:ſenator ornatiſſimus:pecuniam honeſta ratione queſiuit ingentem:plures liberos reliqt: clariſſimus fuit in inclariſſima ciuitate. Ceterū ne fortiſſima cum vno ſemper eadē eſſet:hunc felicitatis curſuꝫ ſubito reflatu damnauit : priuauitqꝫ hominem luminibus: nec non ijs tm̄:q̄ in eum īdulgenter cōtulerat: bonis frui poſſet:ſed etiam vt luce illa: ⁊ ſplendore in quo viuebat priuaretur.

¶ De Euſtidio ſenatore.

p Roſcripſit L. Sylla Eſtidiuꝫ ſenatorē : ſeruatuſqꝫ eſt magis caſu:qꝫ hominū cōſilio. idem poſtea annos ſex ⁊ triginta a for-

tuna ampliatus in Antonij Lepidi: et Octauij ꝓſcriptionē incidit. ⁊ quod
ipſi ſit fortune magis inuidioſum: conſtat tum demum proſcriptum: non
quia hoſtis eſſet: ſed ꝙ priore ꝓſcriptione ſeruatus.

De. P. Uentidio.

Luſit in. P. Uentidio fortuna: luſitq́ȝ ad deriſum vſq́ȝ mortali
um ⁊ vite huius ludibrium. Uentidius bis puer ductus ī trium
pho eſt. idemq́ȝ prim⁹ Romanorū ducū de Parthis triumpha
uit: ⁊ qui multo fuit a principio: mox inopem iuuentā in caliga
egit: dux factus eā gentē bello fregit: q̄ vna omnīū ad orientem
ſolem Romanos fregerat conatus.

De. L. Fuluio Tuſculano.

Mirabitur omnis poſteritas: nec fortaſſis ſit fidei acceſſura: ꝙ
vn⁹ aliq́s de ea ciuitate triūpharit: cui⁹ ciuis ⁊ cōſul eodē āno
fuiſſet. L. Fului⁹ Tuſculi nat⁹: ⁊ ciuis ⁊ cōſul: quū ad Rōanos
quadā de cauſa trāſiuiſſet: eadē dignitate ſuffragio populi orna
tus. Tuſcunū prouīciā extra ſortē adept⁹: tā feliciter rē adminiſtrauit: vt
romanā triūphās reuerſus ſit: nouitate exēpli magis q̄ȝ victorie magnitu
dine ad poſteros nobilis.

De Altero Metello.

m Metell⁹ qui fuit ei⁹ Metelli nepos: de quo ī ſignis fuit capitis hu
ius relatio: a Catinio Labione Tribuno plebis violēter ad ſu-
pliciū raptus: perijſſet haud dubie: ⁊ ignomīoſe admodū eo cōſi
lio a Tribuno arrept⁹ vt ex Terpeia rupe precipitaref: niſi filio
rum occurſu Tribunorūq́ȝ interceſſiōe egre īpetrata piclo ſubtract⁹ eſſet.
ceterū hic qui tā attrociter tūc periclitat⁹ eſt: ex victoria nō ignobili: Ma
cedonici cognomē tulit. ac victa defūct⁹ a quattuor filijs ē rogo illatus:
vno p̄tore: trib⁹ cōſularib⁹: duob⁹ triūphalib⁹: ⁊ vno cenſorio. ſed vix in
hoc tātū boni: quātū ī iiuria illa cōtumelie: q̄ȝ ſi paria ſint: cōparēt q̄ȝ bo
na malis: nūq̄ȝ tn̄ hec cū illis equilibrium facient.

De Auguſto principe.

Quam indulgenter: ⁊ in q̄ȝ multis ſors hec cū Auguſto pricipe
egerit: popularis illa Ro. ciuitatis acclamatō īdicio ē: in noua
pricipū creatiōe. vbi ī bonū oē ſepe ē repetit felicior Auguſto:
Traiano melior. ſed in hoc q̄ȝ magna eē ſenf fortūe volumia: nō
dū. xx. nat⁹ annos cōſul fuit: impator duxit exercitū. Maioris auūculi
cedem vlt⁹ eſt ad ſacietatem grauiſſima bella: Mutinēſe: Pharſalicū: Si
culū: Peruſinum: Ambracium: Egyptiacum ⁊ Cantabricum: ex ſentētia
confecit. Ianum tertio clauſit: terrarum orbis regimen ad ſe receptū ad
extremum vite pacatiſſime rexit. ⁊ hec blandientis fortune. Ceterum hec
eadem tam ſepe eſt ⁊ attrociter aduerſis interpolata: vt difficile ſit iudi-
care an mortalium quiſq́ȝ fuerit illam volubiliorem expertus. vicit etiam
ille ad extremū oīmibus bellis ſed ſepe interim exagitatus eſt. bis maris
ſeuitia claſſib⁹ exutus. Italie fames vni imputata: inimicorū cōiuratiōes
filie et neptis publicata adulteria: legionū cedes: amicorū ſuſpitiōes: in-
felicitatꝭ argumēta tā multa p̄ter hec ⁊ magna: vt difficile ſit iudicare fue
rit ne alternatio rerū ⁊ incōſtantia ſubſcribētis fortune an blādiētis: que
leua dulciſſimos fauos manu ferret: dextra abſynthium.

¶ De populo Romano.

TOt vndiqꝫ huiuſmōi ſeſe ingerūt exempla: vt niſi modus adhibeat difficile ſit exitiū inuenire: ſit itaqꝫ ſatis ex domeſticis: hec poſuiſſe quibꝰ cōtenti eſſe potuimꝰ: niſi vnū ſupeſſet digniſſimū relatu quia ſit publicū. Eteñ quādo vnqꝫ magis varie luſit ceca et iprobra fortuna ꝙ ſcdo punico bello? ꝙ rem Romanā quā ad Ticinum pculit: ad Trebiā fregit: pſtrauit ad Traſimenū: ad Cānas afflixit: iacentē ⁊ proculcatā ad Nolā ſuſcitauit: in Hiſpania erexit: ad Metaurꝫ reſtituit: ad Zamā victricē declarauit. accidit ſane: ꝙ nullo vnqꝫ bello: vt ppiores fuerint periculo: qui demum vicere.

Septimi Exemplorū libri Finis.

¶ Marci Antonij Sabellici Exemplorū Liber octauus.

¶ De Charitate erga patriam Capitulum.j.

ANtigonus: Lyſimachus: Ptolemeus: ⁊ ceteri Alexandri ſucceſſores qui diu nomine ⁊ inſignib⁹ regijs abſtinuere: benigne clementerq̄ imperiū exercuiſſe dicuntur. ceterum dicūtur diademate: ⁊ regis appellatione recepta: vis pro iuſticia placere cepta eſt. pro equitate libido: faſtus ⁊ ſupbia pro clemētia ⁊ humanitate poſtremo prioris fortune obliti: viſi ſunt hiſtriones imitari: q̄ vitam et mores cum veſtibus vno die ſepius mutant.

¶ De Demetrio rege: ⁊ Antonio Triumuiro.

SEd his ſemel mutari contigit illud in quibuſdam memorabile: vt in Demetrio Antigoni: ꝛ Antonio Triumuiro: quos in re bellica: nemo abſtinētia: labore: fortitudine ꝛ ſolertia vicit: in ocio nemo luxuria: temulentia: ꝛ libidine.

¶ De Ceſare Auguſto: ꝛ Caligula.

EST Roma Auguſtum multo mitiorē experta ciuilibus du nectum: ꝗ ab initio habuiſſet Caligulam ex humili ſeuū p̄ ſtea ꝛ truculentū. vt non infacete ſit de eo dictum: Nullum vnꝗ hominē humilius ſeruiuiſſe: crudelius impetraſſe neminem.

¶ De populorum odio in reges et tyrannos. Capitulum. ix.

EX omnibꝰ que in vniuerſum ſunt homini grata: poſt vitam ipſam nihil eſt illi libertate gratius. quo fit: vt qui de ea dimicant putent ſe de vita dimicare. hec ſepe auro: ſepius ſanguine. ſepiſſime morte redempta eſt. hinc exitiale populorū: et gentium in tyrānos odium. hinc crudelitatis exēpla multa et magna: que om̄is vidit etas. quid ꝙ ꝛ regium nomen: quia non multū fortuna a tyrānico diſtet: adeo nōnunꝗ fuit populis inuiſum: vt vel in optimorū regum ꝓgeniem ſit a populis crudeliter ſeuitum.

¶ De Athalia.

NUllus vnꝗ regum fuit Dauide ſanctior: nullus Solomone ſapientior. omnis tamē eorum ꝓgenies Athalie impulſu ſeuoꝗ imperio eſt ferro dedita a Iudeis potuit mulier execrabilis vi ꝛ armis regnum occupare: ſanctiſſimū gentis ſtemma abolere non potuit. vt non ſolum peremptorum manibus: ſed ꝛ Iohe puero qui ſolus ſuperfuit: patrati ſceleris debitas exſoluerit penas.

¶ De Petro Candiano Venetorum duce.

SEd veterū exempla oppido pauca in hac parte: preſertim noſtratiū hominū: recentius itaꝗ illud quod Petrus Candianus: qui Venetorū dux: legittimū magiſtratū in tyrannidem vertit: ſibi et liberis ſuperba regiminis forma exitium peperit. Populus ſue libertatis memor domū eius iniecta flamma incendit: tyrānū inde deturbat. deturbatū trucidat. filium iugulat in nutricis gremio. amborum corpora ad macellū proijcit canibus lanianda. adeo iuxta tyrānos: et qui ex his ſunt: libertatis ſtudio infenſe odit incondita multitudo.

¶ De Lemigio Exarcho.

PAri affectu ac neſcio an maiore etiam Rauēnates Lemigium oderunt Exarchum. quem ob tyrannicos: et fedos mores nō contenti interfeciſſe: eius vxorem et pellices vulgauit ad ſtuprum irata ciuitas.

¶ De Exarchanis iudicibus.

EAdem vltio attigit Exarchanos iudices: quibus publicitus ceſis om̄is eorum familia ludibrio fuit infenſe multitudini: que ſemper aut nimiū odit: aut nimium amat.

¶ De Ecelino tyranno.

SEd tyrannorū nullus fuit vnꝗ inuiſior Ecelino: qui crudelitate et ſeuitia cum Phalaride certauit. puberes ab eo mutilati: pueri cō=

ciſ: virgines vitiate: matronis mãmẽ adempte. pregnãtium vteri erecti: partuſq; flammis deditus: que ſcelerũ diritas eo extincto domeſticis eſt ⁊ neceſſarijs Tauriſij repreſentata. ſex filij Alberti fratris ſubito populi in curſu interfecti ſunt. Tyranni vxor: et filie viue in ignem cõiecte.

¶ De Ethnicis.

A Deo ingenitũ eſt homini in tyrannos odium: vt in pluribꝰ gentibus ſit cautum lege: qui tyrannũ occidiſſet. is parricidij non teneref: nec parricide nomẽ terret: in quibus ſunt ⁊ premia cõſtituta. ſatis cõſtat ciuitates quaſdã nulli femine preterq̃ tyrannicide ſtatuam poſuiſſe.

¶ De Pyginalione.

P Ygmalionis tyranni odio Tyriorum multi ſolum verterunt: ſi poete teſtimoniũ recipif in hac exemplari relatione. nam quis ⁊ ipſa ſibi nomen hiſtorie vendicat: cuſtos eſt fidei tenaciſſima.

¶ De Ariſtide Locrenſi.

O Dit ⁊ Ariſtides Locrenſis inſigniter tyranni nomẽ. cuius filiam quũ Dionyſius maior ſibi vxorem depoſceret: mallem inquit ille filiam male perditã videre: q̃ tyranni matrimonio locatam.

¶ De Locrenſibus.

V Xorem ⁊ Dionyſij vxorem ⁊ filias: Locrenſes in poteſtatẽ redactas: ad ſtuprum ⁊ libidinẽ multitudini obijcere in tyranni inuidiam. inde ad libidinis ſacietatẽ vexatas medijs merſerunt fluctibus adhuc viuas.

¶ De Syracuſanis.

N Ullus tyrãnorũ in terra Grecie minore flagrauit odio q̃ Hiero. Syracuſanꝰ. nullus dominatꝰ minus fuit inuidie obuius eius tamẽ progenies poſt Hieronymi cedem a Syracuſanis vno die interfecta eſt. cum vt videre licet non tam ſua maiorũ ſeuitia: q̃ tyranni nomen obfuit.

¶ De Timoleonte Corinthio.

T Ymoleon Corynthius: Dionyſij principatu euerſo: euertit ⁊ arcem eo nomine: quia tyrannorũ fuiſſet ſedes: ceterũ in eo maiueſ ſuum in tyrannos odium teſtatus eſt: q ⁊ ſepulchra: ceteraq; ornamenta diruit.

¶ De Po. Ro.

Q Vantũ tyrannos oderint ⁊ Romani: ex eo poteſt intelligi q regium nomẽ ex vrbe ſuſtulere: tyrannidis ſuſpitione. atq; ita ſublatum voluit populus: ⁊ de libertate etiam bñmeritis: fraudi fuerit ferre Tarquinij nomen.

¶ De Spurio Melio: et Manlio Capitolino.

S Purio Melio: et Manlio Capitolino non nomẽ: ſed ſuſpecta largitio fuit exitio in eadem ciuitate. ſed quid tyrãno feciſſent ij qui viã que ad tyrãnidẽ ducere viſa eſt; ſuis obſeptã ciuibꝰ: atrocibus muniuere ſupplicijs.

¶ De Caligula Imperatore.

T Ulit Caligula imperatoris nomen: cetera tyrannus fuit immanis: cruento exitu dignus: quem demũ ſortitus eſt. ſed nec vnus ſanguis explere potuit odium ciuitatis. Ceſonia eius vxor cum filia admodũ puula multitudinis icurſu trucidata eſt: ne quid ſupereſſet: quod tyranni recordatiõe: ciuitatis oculos violaret.

¶ De Domitiano Imperatore.

Eadem Quiritium ciuitas: om̃es Domitiani imagines et titu- los e publico ſuſtulit. Decreta ꝑ illum antiquauit. vt vire illius tyrannidis: veriuſcꝫ principatus memoria: cum ipſo crudeliter interfecto ſepeliret. ſed quo plura ſunt huius generis in oi gen- te exempla ⁊ magis illuſtria: eo parcius ponenda.

Octaui Exemplorũ Libri Finis.

¶ Marci Antonij Sabellici Exemplor: Liber. ix.

¶ De Iniuria ferenda. Capitulũ. i. ¶ De Chriſto.

Iniuriã ꝓpulſare fortis viri eſt: que ⁊ ſi depelli poſſit: ferre illa tam multo fortioris ſit. hoc ſapientis eſt: illud validi et robu- ſti corporis. certe aliquid eſt alium vincere: ſed ſeipſum ſupera re vera indubitataꝗ virtus eſt. tales fuerunt qui ſapientes di- cti ſunt: talis ipſa ſapiẽtia Chriſtus rex ⁊ doctor omniũ. quip- pe qui ⁊ ferendã eſſe iniuriã precepit: ⁊ illatam vſcꝫ adeo tulit: vt veniã ſit ꝑcuſſoribus precatus. ¶ De Ioſippo Iſraelis filio.

Ioſippus: cuius myſtica vẽditio ſacris eſt litteris tradita. fra- trum iniuriã non ſolum tulit: ſed beneficio etiam repenſauit.

¶ De Moſe.

Quid Moſes: quis eo vno fortior: quis rurſus minus vltionis cupidus? qui quo populũ infeſtiorẽ habuit: et ad cõuicia pro- niorẽ eo impẽſius celi numen his propitiũ reddere ꝑſeuerauit precibus ad deum effuſis. nec ille aaroni cõuicianti cõuiciatus eſt: nec ſorori: quia Ethiopicũ ſibi cõnubium exprobraſſet: cor reptaꝗ eſſet lepra minus libens opitulatꝰ eſt preſentẽ vltionem ſupplici- ter deprecatus. ¶ De Saulo Iudeorum rege.

Fuit Saulus rex ad bellum exiturus ſuorũ populariũ quibuſdã cõtemptui. victor inde quum triũphãti ſinulis domũ reuerteret: inſtarentꝗ milites vt eam iniuriã vlciſceret: vim inhibuit: teſta tus turpiſſimũ eſſe non poſſe ſe paucorũ iniuriã ferre: qui tot mi- lia hoſtium tuliſſet. ¶ De diuo Martino.

Pulſatus grauiter Martinus antiſtes Turonẽſis eſt ab equiti- bus: quorũ equi ipſius aſino ſedentis aſpectu cõſternati: ſubito reſultu ſeſſores tergo deiecerãt: ſtetere itaꝗ imobiles equi veſti gio defixi. quo ad ſanctiſſimꝰ ſenex precibꝰ tenuit: vt his penitẽ- tiam agentibus equorꝫ ſit vſus reſtitutus: ⁊ equites innoxie dimiſſi.

¶ De Bernardo Abbate.

Venit ad Bernardũ abbatem neſcio quis monaſticã vitam ꝓfeſ ſurus. monitus ab eo poſſe quidẽ ⁊ alibi eum ꝓficere ſi velit: ceu repudiatus eum pugno ꝑcuſſit. fuiſſent qui aderãt cõfeſtim vlti iniuriã: niſi eius qui erat iniuria affectus itercesſiſſet auctoritas vim inhibẽtis. oportere hũc dictitãs alijs ignoſcere: cui toties a deo igno ſceretur. ¶ De Chriſtophoro martyre.

Chriſtophorus martyr a Samiorũ prefecto ꝑcuſſus colapho: repcuterẽ te inquit niſi Chriſtiana pietas: cuius cultor ſum: ꝓ- hiberet. ꝑ que haud dubie mõſtrauit Chriſtiane pietatis pro- priũ eſſe: non iniuriã vindicare: ſed equanimiter ferre.

De Libertino Monacho.

QUid quod Libertinus Fundani Cenobij monachꝰ fecit. qui ſca bello domi abbatꝭ manu intorto ꝑcuſſus ne ingemuit quidē. poſtridie negociū quoddā ſecutus: quū in vrbem veniſſet: rogatus vnde illa oris ſugillatio: in ſcabellū inquit offendi. ſic ⁊ qđ vere acciderat cōfeſſus eſt: et abbatis iracūdiam texit. De Sarra.

FAciebat ancillaris temeritas maledicta ⁊ probra virulenta in Sarram eximia ſanctitate feminā: parricidā ⁊ cōnubio exitialem vocans: quia quū multis nupſiſſet in nullo diurnū connubiū ſortita eſſet. ſed neqꝫ illa vlta eſt iniuriā: neqꝫ ſi facultas affuiſſet vlciſcendā curaſſet. tantū deum optimū maximū crecata eſt: vt ſtabile et manſurū cōnubiū aliquādo ſortiretur. De Helisabeth.

HElisabeth regia domo orta: poſt viri interitū: opibuſqꝫ bene cōſumptis. quū palliolo pene lacero amiciretur: omnibuſqꝫ deſpicatiſſima occurreret: temerarie mulieris occurſu quam integra fortuna benigne iuuerat: foueratqꝫ multa benignitate: ad terrā deiecta cenoqꝫ reſꝑſa: nō modo: nō grauiter tulit: ſed ſubridēs ſtatuit ſe leniter in pedes et ꝙ cōtemptui fuiſſet ſpectātibus: tacite gauiſa eſt.

De Alexandrina muliere.

IMpetrauit ab Athanaſio vrbis Antiſtite Alexādrina mulier tā diues: q̄ nobilis: vt ex viduis que eccleſie ſumptu alebantur: daretur ſibi vna aliqua alenda. data eſt illi mulier: miti et ſuaui ingenio. cuius facilitate auctū eſt matrone ſtudium in paupes popoſcitqꝫ ſibi alterā dari. caſu an cōſilio non facile dixerim: data eſt procax ⁊ inhumana mulier. ex qua quum ex pio hoſpitio ꝓbra et ſeua verbera reportaret: gratias egit Athanaſio: ꝙ ſibi demū dediſſet: per quā ad patientie cultum exerceretur. De Ethnicis exemplis. Et primum.

De Socrate.

ET hec piorū ſunt. ex Ethnicis Socrates mortaliū ſapiētiſſimus calce a quodā ꝑcuſſus in publico: monitus ab vno affectatorū vt hominē repcuteret: an inquit ſi aſinus mihi calcem impegiſſet: in eum recalcitrarem.

De Lycurgo Lacedemonio.

LYcurgus: qui leges Lacedemonijs dedit: non modo equo animo tulit oculi cecitatem ab Alcandro adoleſcēte temerario illatam: ſed ipſum iniurie auctorē ad ſuppliciū ſibi deditum benigne clemēterqꝫ penes ſe tam diu habuit: quoad longa cōſuetudine ex improbiſſimo factus ſit omniū frugaliſſimus.

De Perile Atheniēſi.

TUlit patiēter per integrū diem in publico cōuiciatorē temerarium ⁊ inſolentē Pericles Atheniēſium alioqui princeps. nec quū veſperi ſe domū reciperet: a ſe repulit adhuc maledictis inſectantē. poſtremo vbi in pͥmo domus lumine cōſtitit ad ſeruū cōuerſus: ito inquit: et hūc ciuem domum reducito. ſicqꝫ homo improbus ab iniuria ⁊ cōtumelia gratiā reportauit.

De Fabio Maximo.

SEd nulli hominū prudētius:ſedatiuſꝙ iniuriā tulere:ꝙ Roma
ni: quoꝝ propriū fuit fortia facere ꝛ pati. nam quis hominū mi
nus moleſte tulit ignominiā ſibi publice inuſtam:ꝙ Fabius ille
maximꝰ:qui vnus(vt Ennius ſcripſit)cunctādo reſtituit rem:
ceterū Minutius:qui ille equatus eſt:,mox paulo cum ſuo exercitu ab eo
ſeruatus patrem appellauit:milites patronum.

De Catone Uticenſi.

MArcus Cato iunior poſtridie comitioꝝ qui in petitione conſu
latus tulit repulſam:vnguēto delibutꝰ deſcēdit in campū poſt
prādium: vbi ſine calceis et tunica funiculo ſuccincta de more
cum amicis deambulauit:adeo negligēter vir ſapiens tulit:qḋ
ceteri ciues ignominie loco ponere cōſueuerunt.

De Inuidia. Capitulum.ij.

OMniū vitioꝝ inuidia propemodū vetuſtiſſima:nec magis ve
tus:ꝙ homini pernitioſa. omne vitium in actu voluptatē aucu
pat aliquā: ſola hec ꝑpetuo eſt merori dedita. que quo maior
eſt: eo peius qui inuidet afficit minuſꝙ ſui compos eſt res di
ra:ceterū felicitatis pediſſequa:ꝛ ſi diuerſi affectus.enimuero
quo plus leticie in illa eſt:eo triſtior hec. magiſꝙ luctu ꝛ merore conficit:
ceca:amens:liuore infecta:omniū rerum ignara:preterꝙ latratus et ob
trectatiōis.

De Cham.

Hec Cham in fratrē nō ſolum odio:ſed funeſto etiam telo in
ſtruxit:vt pene ꝑus id malum caput extulerit:ꝙ aliquid in terris eſſet qḋ
propter attollere debuerit.

De Joſippe et fratribus vendito.

EAdem peſtis Iſraelis filios eo perpulit:vt fratrem quē puerum
celi ꝓuidētia principē gentis deſignabat:capitaliter oderint pe
roti in puteū ꝓcipitarint:ex puteo receptū Iſraelitꝭ vēdiderint.

De Data:et Abyro.

PAri Datas ꝛ Abyrus face incēſi: ſacerdotiū Aharoni adimere co
nati ſe ꝛ ſuos ſubita numinis vltione perdiderunt.

De Effranitis.

SEd ꝙ Date.ꝛ Abyro ſua exitialis fuit inuidia: tam certe ac neſcio
an magis etiam Effranitis. qui Jeptem tribulē ſuum poſt clariſſi
mā victoriā de Phuliſteis ꝛ Amonitis partā: quia ad bellum vocati non
eſſent:vt hoſtem armis ꝓſecuti ſunt.ceterū acie cōgreſſi ad.xl. hominū mi
lia vno amiſerunt prelio.

De Pontificū Judeoꝝ,ꝛ ſacerdotū inuidia.

QUid illa Hebreoꝝ pontificū nefaria inſectatio Chriſti regis
acta ꝛ vitam infamantiū:an aliud fuit ꝙ inuidia: que cecos et
precipites egit:vt quē colere:quem venerari debuerūt:cruci af
fixerint:nec impune vindicata eſt ea iniuria nō ſolum patrie ex
cidio:tātaꝙ hominū iactura quantā nulla vnꝙ vidit etas vnū
in locum ꝛ gentē coaceruatā:ſed perpetuo etiam poſteritatis ſupplicio.

De Symonis Samaritani inuidia.

N Ec certamē illud ꝛ memorabile: eſt Petro Barione aliunde
ortum: ꝙ a Symonis Samaritani inuidia. qui opera diu

nitatis: malorũ demonũ preſtigijs emulabat: que ſancte imitari nõ poterat. ſed dum Romanã ciuitatẽ ludere cõtendit magico aſtu: diuina vi terre afflictus crureqꝫ debilitatus: luſus eſt.

De Palamede.

Palamedem Nauplij filiũ (ſi qua fides eſt poetis) nulla res alia circa illum magis afflixit: ꝙ Vlixis inuidia ſiquidẽ iniuria ab vno ꝓfecta eſt: ſed vltio vniuerſam gentem attigit.

De Cambyſe Rege.

Cecidit Cambyſes rex Perſarũ non regni emulatiõe: quippe que nulla eſſe poterat vno fratrũ imꝑante: altero ad obſequiũ parato: ſed inuidia. attraxerat frater Ethiopicũ arcũ ipſo rege: ⁊ regis comitatu aliquãto validius peperit iuueni fortiſſimo lacertorũ robur inuidiã. ea vero inuidia nõ multo poſt exitium. ademit ea vis vitam fratri: illi cuius iuſſu interfectꝰ eſt: regnum ⁊ vitam omni regno chariorem.

De Publicole Propinquis.

Inuiderũt ⁊ publicole propinqui (nam de abſentis affectu non habeo quid dicã) Capitolini templi dedicationẽ Puluillo conſuli: cui preſenti cerimonie intẽto tam atrocẽ ꝙ falſum de morte filij nũcium incuſſerũt. ſed ille ſiue nõ credidit: ſiue religionẽ priuato luctui pretulit: reiecto omine: quod inchoauerat ꝑegit opus.

De Fabij Ambuſti filia.

Nec Fabij Ambuſti filia tam triſtis ⁊ lachrymis ſuffuſa ſeſe patri obtuliſſet: niſi patritiũ ſplendorẽ: et cõſulares faces quorũ ſtrepitũ expauit: ſorori inuidiſſet: cuius intẽpeſtiue lachryme magnis Romam ciuitatẽ impleuere motibꝰ: aſtruxerũt cõſulatum plebi curulis ſelle ⁊ faſciũ ad id tempus ignare: mixtuſqꝫ ordinum ſanguis miſcuit ⁊ honores.

De Papyrio dictatore.

Maiore ne iuſticie affectu: an inuidie Papyrius dictator Fabiũ magiſtrũ equitũ in caſtris primo: mox ad po. Ro. fuerit atrociter inſectatꝰ: nemo (vt arbitror) facile dixerit. occiderat ille occidiõe (quod ſatis cõſtat) dictatore abſente ad. xx. ⁊ ampliꝰ hoſtium milia vna acie ex occaſiõe eos adortus: quũ iuſſus eſſet a dictatore nihil mouere: ꝙdiu ipſe abeſſet. aut igitur Papyrius nobilem illi victoriã inuidit: aut nimis contempſit Ro. Legiones maieſtatẽqꝫ Ro. po. cuius precibꝰ nunꝙ ceſſiſſet: niſi veritus eſſet ne ſoluto imperio illius ſuffragio cui id obſtinatiꝰ negabatur: reus abſolueretur.

De Multorum inuidia.

Eſt hoc ciuitatũ peculiare malum: vnde diſcordie: ſeditiones: inteſtina bella ſepe orta. aſſectatur inuidia felicitatẽ nunqꝫ eũtis veſtigio heret: nũc ex obliquo aſſilit occurſatqꝫ a fronte: nec patitur ſolidũ eſſe fructum: qui ex rerum ſucceſſu ꝑcipiendus eſt. Idem ſane affectus: aut ſolus: aut precipuus Cimonẽ tam infeſtum reddidit Pericli: Anitũ Alcibiadi: Epaminũdam Pelopie: Hãnonem Hãnibali Fabium maximũ Scipioni: Marcellũ Ceſari pretexuit (ſcio) alius aliam cauſam ſuo odio: ſed diſſidij origo aut ex odij fonte orta eſt: aut luctibus fuit aquis aſperſa.

¶ De Iracundia. Capitulum.iij.

¶ De Saulo Rege.

NEmo vnq; in vitio a pͥmo ortu fuit: ſed ſua quiſq; ſit culpa im-probus. ſunt medij quidā motus animoꝝ: quibꝰ ſi male vtaris. fiunt vitia: ſin aliter: virtutes erunt. qui enim peccādi iraſcit: vt vitium corrigat: nihil inhumane facit q̄ iniuriā damnat: aut illatam vlciſcit fortis hic ⁊ iuſtus. at qui iram non frenat: ſed preceps rapitur: is inani eſt bellue ſimilior: q̄ homini extant varia et atrocia huius vitij exempla: ⁊ in his illud Sauli regis: qui ob Dauidē: quem inſenſe oderat: quia apud Abimalechū fugiens ille in hoſpitio fuiſſet regie ire ignarū: non ſolū hoſpitē ipſum: ſed Nobeā etiam hoſpitalē vrbem incendit: ciuibuſq; oīs ſexus et etatis ferro deditis. fuitq; miſerabilis illa clades eo calamitoſior: q̄ quinq; ⁊ octoginta ſapiētia ⁊ diuinatiōe illuſtres Abimalechi cauſa: extremo ſunt ſupplicio affecti.

¶ De eodem: ⁊ Anna Caiphe ſocero.

COntorſit idem ſpicula nōnunq; medio affatu in Dauidem: vt in veſtigio trāſfigeret. ſed inſania fuit hec dicet aliq̄s. Inſania fortaſſis. nam parū (vt fert) fuit mētis cōpos. at nō inſanus Anna pōtificis Chaiphe ſocer. qui quū verū audiret: tāq; blaſphemiā audiuiſſet: ita ira excādiuit: vt veſtem a pectore cōſciderit.

¶ De Synagoge ira.

OBſtruxerūt ſibi aures ad Prothomartyris vocem Cyrenēſes Alexandrini: ⁊ quicūq; ex ſynagoga illi item intēderāt. victiq; iuuenis ſapientia: ira accenſi vrbe eijciunt eiectum lapidibus obruunt.

¶ De ira principū in martyres.

SAnctoꝝ ſupplicia hinc potius q̄ ab vltione ꝓfecta. lucem oculis admotā: ferre non poterāt inſania: et furore adacti pͥncipes malorū demonū cultores: pietatē pro noxa: lucē ꝓ tenebris diuinitatiſq; opa: pro pſtigijs habuere. ¶ De Ecelino tyranno.

ECelinus: qui vt ſepe eſt memoratū: ſeuitie fama nulli tyrānoꝝ ceſſit: victus prelio ad Soncinū: vbi res ſuas ſenſit vna pugna acciſas: vulnus qđ in acie accepat: fotū et circūligatū frendens ira: frendenſq; in morē ſeuiētis fere vnguibꝰ conſcidit.

¶ De Suitenſibus.

SVitēſes Germanicū genꝰ hoim: qui ⁊ Suitari dicūt cruēta quadā infinitiuos victoria hoſtiū cadauera: ꝓ puluinis ſibi ſubijciētes ibi loci: vbi fuerat dimicatū: diſcubuere. fuerūtq; ex his qui dira ⁊ odio inexplebili hoſtilē interi cruorē hauſiſſe dicāt. ¶ De Factioſis Italie vrbibus.

SEd nuſq; gentiū maiora iratū argumēta extiterūt q̄ in factioſis Italie vrbibus: quū noſtra tū patrū memoria: vbi pͥncipes factionū in inimicoꝝ poteſtatē redacti viui quidā cōbuſti ſūt: in crepūdijs pueri interfecti: pregnātes matrone erecto vtero cum partu crudeliter pempte: multi precipitati: exenterati quidam cordaq; ad opprobriū ſuſpēſa ac diuerberata. ſꝫ quales fuerint euiſmodi carnificine illđ declarat: q̄ clemētia fuit hoiem ſubijcere ſecuri: aut laqueo necare. ¶ De ethnicis exēplis. Et primū. De Alexandro.

Ira ⁊ ſi temulẽtie mixta) Alexandrū Macedonē totius orien
tis victorē in Clytum nutricis ſue filium a quo fuerat ad Gra
nicū amnem ſeruatus: pnitioſe armauit. et quem puincie prefe
cerat cōuiuio admouerat: ſubita ira accenſus ferro traiecit.

De Pyrrho Rege.

P Pyrrhus rex Sicilia relicta: primo in Italiam appulſu in Ma
mertinorū phalangē incidit. qui non auſi regem a fronte la
ceſſere: extremū agmen adorti duos elephãtos: et eos qui cir
ca beluas dimicabant: priuſq̧ rex eo occurrerit opprimere: et
iam ceperat turbari extremus ordo: quum Pyrrhus ſuorū periculo com
motus in mediū ſeſe certamē iniecit. hic accepto vulnere egre hoſtem a ſe
ppulſabat. anceps itaq̧ erat pugna: quum Mamertinorum vnus pcera ſta
tura armis fulgens: atq̧ in medio ſtans regem ſi viueret ad pugnam pro
uocat. ea demū cōtumelia rex inflãmatus eo occurrit: ac tam valido ictu
hoſtem pcuſſit vt ferrum capiti adactum ita ad ima deſcẽderit: vt magno
ſpectantiū ſtupore dimidiatū corpus in duas partes abierit.

De Romano milite.

Quum Cannenſi acie victor Hannibal Romana luſtraret cada
uera: repertus eſt Romanus miles exanimis incubans ſemine
ci Peno: cui armis (vt credere eſt) amiſſis aut certe manib⁹ de
ſectis adeo naſum: labia: et mentū mordicus laniauerat: vt ne
humana quidem effigies ſupereſſet amplius.

De Perſe Rege.

P Perſes rex a Paulo Emilio victus: duos ex ſuis ſe conſolari
adortos vnum poſt alium interfecit: ira et dolore precipitãti
bus. tam atrox facinus in cauſa fuit: vt cōfeſtim ab his qui ad
obſequiū parati erant: ſit deſtitutus.

De Nerone principe.

Nero princeps nũciata Galliarū et exercituū defectione: quum for
te diſcũberet: pre nimia ira menſam ſubuertit fregitq̧ duo immẽſi
precij pocula. quib⁹ in tã voluptuoſo pncipatu: nihil fuit illi voluptuoſi⁹.

De Mahomete Othomano.

Habuit Bizantij Mahometes: qui duo euertit imperia: volu
ptuariū receſſum huc cōfeſtim ingreſſo aderant illi duo, vt fer
tur, ex omni puerorū multitudine: qui ad fediſſimū vſum ibi lo
ci alebãtur: forma eleganti ⁊ hilari aſpectu. his ille vtriuſq̧ in
nixus ſolebat citro vltroq̧ per hortos deambulare: obſerua
ueratq̧ interim rex binos pubeſcẽtes cucumeres. quos cum eo reuerſus
non inueniſſet: adeo in ſubitam iram exarſit: vt pueros: quia paululū di
uerſi aberrauerãt: expoſtulatos ac ptinaciter negantes a ſe decerptos: ar
repto gladio: quem de more ad latus ſuſpenſum geſtabat: vnum poſt alte
rum a ſtomacho reſectū patefecerit: vter eorum furti auctor fuiſſet explo
raturus: quum neuter fuiſſet.

De Xanthijs.

B Bis Xanthij in Lycia parentes: liberos: et vxores. ira et deſpe
ratione interfecerūt: vrbemq̧ inſuper cremarūt primo bello

Perſico. inde poſt aliquod etates ciuili bello: quod Bruto ⁊ Caſſio duci bus eſt aduerſus triũuiros Antoniũ: Et Octauiũ in aſia ⁊ Europa geſtũ

¶ De Xanthia muliere.

H Uit in his Xanthie mulieris exitus omniũ maxime mẽorabilis: que ſe in publico excidio: laqueo ſuſpandit: paruum filium a ſe enectum manu vna tenens: altera incenſam facẽ: vt omnia ſecũ perderet: abſumeretqꝫ totam domum incendio.

¶ De Similibus Caſibus: Et euentis. Capitulũ iiij.

A Nceps ⁊ incerta reputatio eſt: caſu ⁊ fortuna fiat: vt in ſumma rerum humanarũ varietate: tanqꝫ in vberrima aliqua materia: quedã eũdem exitũ ſortiant̃: deferãtqꝫ in eundem caſum: an ad ſimilitudines edendas idonea ſit potius: ⁊ certa rerũ ſeries: ⁊ certis cõtita numeris. cui⁹ diſcurſu neceſſe ſit interdũ ide in plurib⁹ euenire. Quoqꝫ impiũ ſit (puto) hic fatum aut fortunam nominare vbi prouidentia penſanda eſt.

¶ De Arabie felicitate.

V T cũqꝫ tamẽ hec exiſtimenda ſunt: mirũ videri poteſt ꝙ in vna eadẽqꝫ terra que Arabia eſt: ductu olim: ⁊ infelicib⁹: Cham (qui fuit Noe fili⁹) auſpicijs: prima veri dei orta ſit obliuio. mox vero multis etatib⁹ interiectis ibidẽ terrarum Chriſtiane ſint fidei: vereqꝫ luci tenebre oborte: Mahõethis execrabili iſtituto.

¶ De Samſone ⁊ Hercule.

Q Uid ꝙ duo immenſi roboris viri: inuicteqꝫ fortitudinis hic i terra Grecia: inruerint: ſintqꝫ famã auſpicati a Leonis iteritu: muliebri fraude ambo pericilitati?

¶ De filijs Iſraelis.

A Se vero nõne ⁊ hoc mirabit̃: myſtice rei ignarus: ꝙ biſſeni fuerint iſraelis filij totidẽ xp̃i diſcipuli. ⁊ in his vn⁹: Iudas nomie: vn⁹ quitricenis ſit nũmis vẽditus. tricẽis ⁊ Chriſtus? ſintqꝫ ille ſub terra: viuuſqꝫ inde receptus ẽ fuit ⁊ hic qui propria virtute ſurrexit viderũt illũ fratres ſublimi ſolio ſedẽtẽ. viderũt hũc diſcipuli celũ ſcãdentem: ſpectabũt poſtmodũ omnes gentes quum ad dexterã ſummi ſedebit patris humanum genus iudicaturus.

¶ De tribus Herodibus.

F Uerunt tres clari iudea Herodes: non magis inter ſe ſimiles nomie: qꝫ et humane ſalutis interpolande ſtudio. quorum is innocentium cruore crudele ſolium reſperſit. filius. Chriſtum regem pro deſpicato a ſe dimiſit. nepos Barionam vinxit: Iacobum interfecit.

¶ De Totila.

B Is Roma a Totila Gothorum rege abſeſſa eſt: bis fame fatigata: bis ab Iſauricis militibus noctu prodita.

¶ De Alexandro Pontifice.

a Ccidit ⁊ illud inſigniter: ꝙ Alexãder Ro. Põtifex: hui⁹ nois ſecundus quiqꝫ tertius: ⁊ quintus fuit eiuſdem nominis: ſchiſma et Antipapam ſunt non ſine erumna perpeſſi. erat et ſextus Alexander tum pontifex quum hec commendaremur: qui et ſi non alterum

vidit aduerſus ſe pontificem creatum: tulit tamen primorũ antiſtitum ſeceſſionem.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Troia.

FUit ⁊ Troie: quod ad Ethnicos attinet equus ſemper exitialis. ob Laomedontis equos: primũ vrbs capta eſt ab Hercule ⁊ excisa. dein lignea effigie: pari euentu venit in hoſtium poteſtatẽ. poſtremo Charidemi ductu: quum equus ferro cõfoſſus concidiſſet: fuit iacens Ilienſibus: quo minus fores irruentibus obijcerent hoſtibus: impedimento.

¶ De duobus Aphricanis.

NEc minus infeſta fuerunt Carthagini duorũ Scipionũ nomina. quorũ is Punicas fregit opes: ille funditus euertit. reddidit hic Carthaginẽ tributariã: ille ſolo equauit.

¶ De Acteonibus.

FUit non vnus Acteonis nomen: ſed infeliciter: et laniatui obnoxium. duo apri occurſu perempti. Syrus vnus: alter in Arcadia: tertius in Boetia a canibus diſcerptus. Amatorius furor vltimum laniauit.

¶ De Fortuita Luſcitate.

FUit quis ignorat?) ꝛ hoc fortuntũ ceterum tale: vt fortune inuidia comparatũ credi poſſit: ꝙ clariſſimi duces altero oculo p̄uati ſunt: ſupfuerũtq; diu ſue orbitati Philipp⁹ rex qui magni fuit Alexãdri pat: Antigon⁹ qui Demetrij: Hãnibal Barchinus: Sertorius Marianarũ partium Dux acerrimus: et noſtra tempeſtate Federicus Vrbinas veteribus magis: ꝙ̃ ſui tẽporis ducibus cõparandus.

¶ De Cantabris.

CAntabri vltimi Hiſpanarũ gentium domiti a Romanis: vltimi a Gothis ſubacti. iidem cetera Hiſpania amiſſa Saracenis ſoli omniũ reſtitere. dubium caſu an cõſtantia gentis: ⁊ indomita vi: que aut vincere norit aut cadere.

¶ De Auguſtis: et Conſtantinis.

AUguſti cognomen tulit: qui primus Rome imperauit: Auguſtus ⁊ qui vltim⁹ a Conſtantino Helene filio cõditum Bizantij imperiũ: ſub Conſtãtino quem Helena peperit euerſum noſtra vidit etas.

¶ De Caio Ceſare.

MArtijs Idibus natus eſt Ceſar dictator. eodem die optimatiũ conſpiratione in curia concidit tribus ⁊ viginti vulnerib⁹ confoſſus. Pompeio quoq; magno: qui primus fuit vite dies: fuit ⁊ vltimus.

¶ De Ternario numero.

TEr optima ſpolia Romam relata: ter cum Carthaginẽſibus bellatũ: eorumq; ſemper infelici euentu: ter Capitolium deflagrauit: duo Bruti libertatis aſſertores: iidem aſſe tam tuendo mortem oppetiuere. duo eiuſdem noĩs Mutine obſidione fatigati. M. Bruti pater: ⁊ decim⁹ Brutus: qui vnus fuit ex percuſſorib⁹ Ceſaris.

¶ De Lyſicide: ⁊ Pytheo.

Lyſicides: ⁊ Phiteus fratres. ex hui⁹ filia: que Ethra fuit: Theſeus ort⁹ ex Alcmena que ex illo genita eſt: Hercules: duo Grecie lumina. pari euentu Peleus: ⁊ Telamon Aeaci filij omniū qui ad Troiam militarūt fortiſſimos genuerūt: hic Achillem: ille Aiacem.

¶ De Dierum quorumdam felicitate.

Quarto die menſis. quem Athenienſes Hecatonmeonē dixerūt. duas clariſſimas pugnas feliciter Grecia depugnauit ad Leuctra: ⁊ Geraſtū: quibus vniuerſe genti libertas queſita eſt. Per ſexto Androm[illegible] die ad Marathonem ingenti prelio victi tertio eiuſdem menſis ad Plateas: ⁊ Mycalem. eodem menſe Athenienſes in Chio ingentē pugnam feliciter depugnarunt: et ad Salaminem multo felicius aduerſus Xerxem cum tota Grecia. vixit ⁊ Tymoleon Corinthius Carthaginēſes ad Granicū amnem in Sicilia.

¶ De Menſis infelicitate.

Sed ꝙ hic menſis Grecie felix tam Metagenion infauſtus. quo menſe in Cheronea a Philippo ⁊ ad Cranonē Greci prelio ſuperati ſunt: bis Thebe capte: ⁊ exciſe: quum myſteria tenerent: eiſdem diebus Athenienſes Macedonum preſidium accepere: et ab Attalo ſunt rege victi.

¶ De oraculis Cap. v.

¶ De Iſraele.

Inter nocturnas imagines: q multe ⁊ varie ſunt: nulla certior verior ꝗ quum rerum euentu: tum hoīm opinione probata eſt: ꝙ que ex numinis appropinquatione conſtat aut parentum ſanctiores ve perſone per quietē monitu: vel affatu qualis ſpecies Iſraelis in deſerto dormienti obuerſata eſt. Is altiore ſomno preſſus in ſolitudine: imaginatus eſt cernere ſe ſcalas a terre facie in celū ſurrectas multoſꝗ mirāda ſpecie iuuenes formaꝗ auguſtiore humana: aſcenſum per eas deſcenſumꝗ moliri. tum vero doceri ſibi viſus eſt celeſti voce: vt pergeret in Meſopotamiam ire. fore: vt nuptie: quos animo agitaret: non ſolum proſpere cederent: ſed miranda inde ſobolis incrementa ad poſteros ventura. futurāꝗ eam ſtirpem omnibus terris celebrem. nec defuit oraculo euentus.

¶ De Moſis parte.

Patri fide ſequens oraculum illuſtratum. Amaramis Iudeorū vnus pietate īſigni: quum crudeliſſimo Pharaōis edicto oīs Iudeorum progenies pro deplorata haberetur: media quiete iuſſus ē dare operā procreationi. fore vt filius ex eo naſcereť qui fractis Egyptiorū opibus populum ſeruitio eximeret. Moſes inde orť. quo nec ſanctior naſci potuit ad religionē ſentiēdam: nec ad vindicandā libertatē magis idoneus.

¶ De ſamuelis vmbra.

Monſtrauit ⁊ Samuelis vmbra Saulo vigilanti ꝙ triſtis pugne exitus regem ipſum: ⁊ omnem regis progeniem maneret. ſed ferox ille nimis qui tam funeſto prelio non abſtinuit vel ꝙ abſtinere non potuit: aut certe quia non credidit.

¶ De Ioſippo

HEc adumbratio illa leuis: q Joſippus deipare cuſtos: & fidus comes: per quetē iuſſus eſt: Egyptū petere cū puero nuper nato: & matre eius: actā diu procul abeſſe: donec Galilea indigenis pacaret̄: eſſetqꝫ minus infeſta ab crudeliſſimo Herodis imgio.

De Magis.

p Ari miraculo tres illi qui ab oriente venerūt magi: vt Chriſtuz nuper natū adorarent: intēpeſta nocte moniti: ne ad Herodem reuerterent̄: quē Hieroſolymis ꝯuenerāt: rati (qđ erat) celi numē intereſſe ijs que fierēt: ab hoſpitali vrbe diuerſi domu abierunt. ſed in nulla re ſacre littere pluribus ſcatēt exemplis. Nam quotus quiſqꝫ religionē adijt: qui nō aliquo inſtructus oraculo viſus ſit ſibi diuine voci nō nocturne imagini obtemperare.

De Ethnicis Exemplis: et primū: De Aenea.

AEneas ex Ilio ꝓfectus preter Creuſe idolū: & deorū Penatiū affatum: monitus ab Anchiſa patre per quietē Sybille antruz adijt: et Eliſios circuiuit campos.

De Alexandro Macedone.

VRbem in Egypto conditurus Alexander: anceps conſilij vbi loci eam potiſſimū edificaret: intempeſta nocte dormiēti ſenex aſtitit venerabili ſpecie: q Homericū illud incinuit. Preterea vndiſono quedā iacet inſula ponto. Quā Pharon appellant: Egyptia littora cōtra. quod oraculum Macedo ſecutus Alexandriā: vbi hodie viſitur: auſpicatiſſime condidit.

De. C. Graccho.

IN feliciſſimo fratris exitu territus. C. Gracchus ꝑtinaciter abſtinebat a reipublice adminiſtratione: horrebatqꝫ optimatiū potentiā: ceterū graui ſomno preſſus: imaginatus eſt ſe a fratre moneri ne publicam cauſam metu ꝓderet eiſe in fa:is vt ipſe quoqꝫ ſimilē exitū ſortiret̄. vt qui i tuēda Romana plebe nō diſſimili ſtudio fuiſſent eundem vite exitum vterqꝫ ſortiretur

De Octauio Auguſto.

e Rexit tonanti Ioui edē in ꝑte Capitolij Ceſar Auguſtus: quā Cantabrico bello vouerat: dedicatāqꝫ quotidie frequētabat. viſus itaqꝫ eſt ſibi ꝑ ſomniū Juppit̄ Capitolinꝰ queri ſibi cultores abduci: ſeqꝫ reſpondiſſe tonantē pro ianitore ei appoſitum: ac mox tintinabulis faſtigiū edis redimiuit: q ea fere tunc ianuis dependebāt.

De Galba Imperatore.

GAlba qui poſt Domitiū Neronem princeps fuit: ſumpta virili toga ſomniauit fortunam ſibi dicentem: ſe ante fores defeſſam ſtare: futurum vt niſi ocius reciperetur: cuicunqꝫ obuio prede eſſet: mirum quod inde ſecutum eſt: aperto atrio ſimulachruz dee Eneum cubitali maius iuxta limē inuentum. Id Galba omni tempore menſtruis ſupplicationibus ꝑuigiliqꝫ anniuerſario coluit: quo ad Ludibrij illius preſentia deſtitutus: cum vita principatum amiſit.

De Somnijs. Capitu. vſ.

De Joſippo.

ESt ſomnū oꝛaculi cōſanguineū. vtrumqꝫ enim parit ſomn⁹. di-
ſtant tamē. in affatu hoc eſt poſitum: illud in figura obſcure ſi-
gnificatiōis. niſi indulgēs interpꝛetatio adhibeaꝛ. qualis fuit
ſpecies illa: quam doꝛmiēs Joſippus imaginatus eſt ſe cerne
re: qꝫ oēs deſecte ſegetis manipuli: quos fratres ſecuiſſent venerabūdi
ad ſuos accederēt. ſecuta recētioꝛ imago qua viſus eſt ſibi a ſole: luna: et
ſtellis adoꝛari. q̄ nihil obſcure ad ea ꝑtinuerūt: que in Joſippo poſtea eue
nere. potuit ipſe puer (vt erat) a fratribus vendi. fatū mutari non potuit.

De Regio Pincerna.

FUit ⁊ illud certi euētus: ⁊ ſi figura diuerſum: quod regius Pin-
cerna ⁊ mox piſtoꝛū pꝛefectus per quietē viderant. hic tris ſe ci-
ſtas ferre capiti impoſitas: duas panis: vnam crudi obſonij ple
nam: quam ipoꝛtune volucres diripuiſſent. ille tres opinatus eſt
ſe vue racemos exp̄imere: ex quib⁹ regi muſtū ꝓpinaret. id duplex ſche-
ma Joſippus interpꝛetat⁹ pincerne miniſterij reſtitutionē poꝛrendi ſigni
ficauit: alteri vite pꝛiuationē poſt triduum: que cruce finireꝛ. nec defuit cō
iecture euētus.

De Pharaonis ſomnio.

SEcuta mox alia ſomnij ſpecies obſcurioꝛib⁹ adhuc velaminib⁹. vi-
dit Pharao rex Egypti per quietē ſeptenas boues hilarij aſpectu
ab ripa fluminis ad palude aberrantes: quas totidem alie defoꝛmi macie
paluſtriqꝫ loco emerſe exceptas cōficerent. que duplex ſomnij imago Jo
ſippi ſagaci interpꝛetatiōe ſoluta eſt: ſeptem annoꝝ vbertate: leticiaqꝫ per
nitidas boues demōſtrata: per macie cōfectas poꝛtentoſa totidem anno
rū ſterilitate.

De Amalechite militis ſomnio.

HEc nunc: et qualis fuit imago illa: que Madianitis Amalechitiſqꝫ
excidiū poꝛtendit. vaſtabant he gentes Judeā bello: fecerantqꝫ ca
ſtra trans Joꝛdanē: in quibus miles vnus doꝛmiens viſus eſt hoꝛdeaceū
panem intueri: qui ꝑ tota caſtra ꝓuolutus ingentē ederet ſtragem. nec de
fuit: qui ꝑ deſpicatiſſimū panem Judeū interpꝛetareꝛ: qui cōtemptui eſſet
hoſtibus. nec fides nō bꝛeuiter reſpōdit. Judei Gedeonis ductu eadē no-
cte hoſtium caſtris inſinuati: memoꝛabilē ediderūt ſtragem. ſunt qꝫ. c. xx.
hominū a. x. milibus occidione occiſa.

De Martiani ſomnio.

MArtianus: qui Athilanis tēpoꝛibus Bizantij impꝛauit: ꝑ ſom-
nium vidit arcum Athile regis diffractum nocte: qua ille in
pannonia ſubite moꝛte cōſumptus eſt.

De Genſerici ſomnio.

QUid Genſerici ſomnio potuit ne quicq̄ ſignificāti⁹ monſtrari?
fuit is Uandaloꝝ rex: Romāqꝫ cepit et diripuit. compelli ſibi
viſus eſt per quietē a tribus iudicib⁹ deponere flagellū quod in
manibus haberet: a quo viſu pauci inde dies interceſſere: quib⁹
Barbarus rex deſijt in humanis eſſe: quod futurū Paulinus Nolanus
Antiſtes pꝛedixerat.

De Ethnicis exemplis. Et pꝛimum.

De Sacerdotum ſomnio.

Subtexam his Ethnica Timoleonte Corinthio ad Dionyſiū ty-
rannidē euertēdam in Siciliam ꝓfecturo: Proſerpine ſacerdo
tes ſomniaſſe dicunt deas peregre ꝓficiſcentes: et cum Timo-
leonte in Siciliam nauigare. qua propter Corinthij ſacram trire
men publice inſtruxerūt. inſtructeq; duarū cognomen dearū indiderunt.
fuit expeditio illa tam ꝓſpera Timoleonti vt numē aliqđ gerende rei non
ſolum interfuiſſe videri poſſit: ſed etiam prefuiſſe.

De Alexandri magni ſomnio.

Obſidebat Alexāder Macedo Tyrum inſulā iam ſeptimū mē-
ſem multa ope. eratq; anceps adhuc victoria. quū per quietē
Satyri ſpecies ludibunda illi obuerſa eſt refugiens quoties
in amplexū trahere conaret. ceterū poſt lōgam ludificationē
viſus eſt Satyrus cōgredi: patiq; complexū. non defuit qui ex vocis inter-
pretatione indubitatū in regi victoriam pollicitus: quia id nomē tua Ty-
rus latialiter ſonet.

De eiuſdem ſomnio.

Nec illa parū obſcura ſignificatio: ꝙ idem rex ſub id temp⁹ quo
Tyro potitus eſt. quiete preſſus cernere eſt ſibi viſus Herculē:
qui a Tyrijs religioſe colebat e muro ſibi dextram porrigere.

De Philippi Regis ſomnio.

Philippus Alexandri pater poſt primos Olympiadis tauros
per ſomniū imaginatus eſt: ſe ſignum aluo coniugis imprime
re: cuius figura leonis eſſet. qđ ad Alexandri potentiā haud
dubie pertinuit.

De Olympiadis ſomnio.

Olympias (quod magnitudinē futuri partus ꝓculdubio porten-
dit) nocte qua Philippi tauros paſſa eſt: exiſtimauit facto toni-
truo fulmen ſuis ſe viſceribus inſinuaſſe: ex cuius reſultu magnū
emicuiſſet incendiū idq; in flammas late diffuſas abijſſe.

De Darij Regis ſomnio.

Quam preterea euidens demonſtratio inquiete Dario regi con-
tigit: qui niſi cōiectoribus ad gratiam magis ꝗ̄ ad fidem ima-
ginem trahētibus credere voluiſſet: preuidiſſet nihil obſcure ex
cidium quod ſuo regno imminebat. vidit ille per quietē Mace-
donicā phalangem igni late depaſci. Alexandrūq; ſibi miniſtrare ea ami-
ctum ſtola: quam ipſe olim regi ſeruiēs geſtare erat ſolit⁹: eumq; poſtea
ꝗ̄ belli templū intraſſet protinus euanuiſſe.

De Ceſaris Dictatoris ſomnio.

Est et Ceſari dictatori fatura potentia per ſomniū demonſtra-
ta. dormiens exiſtimauit cum matre coire: que nocturna ſpe-
cies (vt ſomniorū cōiectores interpretati ſunt) terrarū impe-
rium illi preſignauit: q2 terra ſit omniū mater quam ſubactam
ſibi viderat per quietem.

De Octauij ſomnio.

Octauius Auguſti Ceſaris pater cernere ſibi viſus eſt: quum
alio ſomno preſſus iaceret: ſolare iubar ex acie cōiugis vtero

ortum. quod ad filij celebritatem haud dubie pertinuit. acceſſit recēs imago Accie: que ſub ipſum puerperij tempus per quietem putauit ſua viſcera in celum extolli: explicariꝙ; ꝑ omnem terrarum: ⁊ aeris ambitum.

¶ De prodigijs. Capitulum vij.

REpudiauit Chriſtiana pietas. vanam et ſuperſtitioſam illā veterum Romanorum aliarūq; gentium circa prodigia: omnia: ⁊ oſtenta obſeruationem: omnia ad diuinā prouidentiam: pie et ſapienter referens. ceterum tam ſepe res ſacris eſt litteris repetita: vt ſilentio preterita: aut ignorata credi poſſit: aut parum animaduerſa. Aſt ego ſatis me facturū religioni arbitror: ſi quicquid hoc eſt. quod vana vetuſtas ſupſticioſe ſeruauit: ad prouidentiam refero: piaꝙ; voce teſtor: nihil ſupra nihil infra fieri: quod non numinis aut iuſſu fiat aut permiſſu.

¶ De prodigioſo Nili fluxu.

P PRodigium vocet Ethnicorū perſuaſio: ac tetrū quidē ⁊ horridum: ꝙ Nilus cruentis aquis fluxerit: ꝙ pythiriſis non vnum aliquē Egiptie gentis (vt aſſolet) ſed omnis ipſius terre īdigenas vno tempore corripuerit ꝙ Rane coaceruatim enecte: celū ⁊ omnia interfecerint: ⁊ locuſte agros depaſte ſint: ⁊ grando ingens de celo miſſa nihil in aquis reliquū fecerit. prodigioſa hec ſunt (quis ignorat) apud myſterij ignaros qui ſacras litteras attigerunt: vt verius ita libentius miracula dixerint.

¶ De Maſphatana tempeſtate.

n NEc alio ꝙ prodigij loco prophanū vulgus ponat: et philiſteis ad Maſphaton in acie ſtantibus laceſſentibuſq;: Iudeos ac cōuicio inſectantibus: ꝙ metu ⁊ ignauia in edito ſe tenerent: ex improuiſo horrende mota ſit terra ſubſederitq; in patentē hiatū. ſitq; procella ingens ſecuta cum ventorum turbine: que tanta viaciem afflixit: vt Philiſtei violenter rotati: attoniti: atq; armis exuti: paſſim vt inertia pecora ſint a iudeis occidione occiſi.

¶ De prodigijs Iudee.

ANno quo Hieroſolyma exciſa ſunt a Romanis Titi Veſpaſiani ductu: ſydus gladij figura in celo apparuit ipſi vrbi imminēs: currus diuerſis celi regionibus vacātes obſeruati: ⁊ armate acies viſe tranſnare nubila. he voces: hec tuba: hoc verū celi edictū: quo populus ille ad penitētiam reuocabatur. ſed aut non credidit. aut cecus ⁊ pertinax celi minas contempſit.

¶ De prodigioſo defectu fontis.

OBſidebat Beliſarius: quū Italiam a Gothis vindicaret: vrbinum in Vmbria: repenteq; fons vnde tota ciuitas aquabatur: ſua ſponte exaruit. qua ſubita defectione non aliter ꝙ ꝓdigio quodā perculſi Vrbinates deditionem fecere.

¶ De Genuēſi fonte.

P GEnua que Ligurum eſt caput: Io. huius nominis vndecimo apoſtolicam tenente ſedem: fons ſanguinis prodigioſe fluxit: nec multo poſt vrbs ipſa eſt a Saracenis capta: et miſerabilit̄ afflicta.

¶ De prodigioſa maris belua: ⁊ volucrum certamine.

PRidie ꝙ veneti ſint ad ſapientiã Auguſtico bello victi: corui volucres aduerſis inter ſe agminibꝰ ſupra claſſem cõflixere ſupra claſſem triremes reſperſit. remigem adhec ex vna naui in aliam tranſilientem: immanis belua deuorauit.

¶ De Ethnicis: Et primum. De. L. Sylla.

PRoficiſcebatur ad ſociale bellum cũ florentibus copijs. L. Sylla: quũ circa Lauernam ingens terre hiatus repente extitit. inde lucidus ⁊ purus ignis ꝓtinus emicuit extenditqꝫ ad celũ flãmã. fertur ita eſſe a vatibꝰ reſponſum: futurũ vt quũ vir bonꝰ: et ſingulari aſpectu principatũ gereret: tumultuoſus rerũ ſtatus in melius mutaretur.

¶ De ꝓdigijs. que ciuile bellum preceſſere.

SEd nullo vnqꝫ tempore plura fediora expauit prodigia Ro. ciuitas: et reliqua italia: ꝙ primo ciuili bello impendẽte. Ignis ex haſtis que Ro. ſigna geſtabant ſubito emicuit: eſtqꝫ egerrime reſtinctus. tres corui pullos ſuos in via productos fede laniarunt. quod ex laniatu ſupfuit in nidũ retulere: mures in tẽplo aurũ roſere. captaqꝫ ex his femina: ac quinos muſculos in muſcipula enixa: tris ex illis deuorauit. ⁊ quod oĩm maxime terrificũ fuit: puro ſerenoqꝫ celo tubarum clangor in aere concrepuit: ⁊ lugubres intendens voces: mortales metu: ⁊ pauore defixit.

¶ De alijs prodigijs.

ESt et illud proditũ mẽorie. M. Acilio: ⁊ C. Portio Coſſ. lacte: ⁊ ſanguine pluiſſe: carne vero ſepiꝰ. vt. L. Volũnij: ⁊ Seruij Sulpitij cõſulatu ⁊ quã aues nõ diripuiſſent: icorruptã iacuiſſe. pluit ⁊ in Lucania ferro: anno anteqꝫ Craſſus in Parthia perijt. omneſqꝫ cũ eo Lucani milites quoꝝ magnꝰ fuit in eo exercitu numerus. Coſanum apd Caſtellũ pluit lana: quibꝰ locis ſequẽti anno eſt. T. Annius Milo interfectus. quo cãm dicẽte pluit lateribꝰ eſt ⁊ crepitus tube a celo auditus Cymbricis bellis. ab Amerinis viſa arma celeſtia ab ortu occaſuqꝫ inter ſe concurrentia.

¶ De Prodigijs. M. Craſſo oblatis.

MArcus Craſſus ad Parthicum bellũ profectꝰ: quũ amnẽ quendam iunxiſſet ponte. qua in hoſticũ tranſmiſſurꝰ erat exercitũ: tempeſtas ſubito coorta eſt cũ tonitruis ⁊ fulminibꝰ ita aduerſa militũ ora preſtringens: vt tranſitu prohiberenẽ: ſecuta vis ventorũ ingens: q̃ valide pontẽ diſiecit. tranſmiſſũ ẽ nihilo ſecius: locuſqꝫ vbi primũ Romanꝰ fecit caſtra fulmĩe ictꝰ eſt. nulla potuiſſet voce clarius demõſtari clades q̃ duci ⁊ militibꝰ imminebat. ceterũ qꝛ ita euenire oportuit: res ſatis ꝓuiſa: vt inopinata ⁊ improuiſa fuit perituris.

¶ De prodigoſo equorum fletu.

EQui Quos C. Ceſar initio ciuilis belli in Rubiconis traiectu cõſecrauit: vagiqꝫ ⁊ ſine cuſtode: vt emeriti paſcebãẽ: ſubit tempus quo ipſe iã Dictator interfectus eſt: pabulo abſtinere comperti ſunt: atqꝫ vbertim flere.

¶ De Aquilo prodigio.

ILlud etiã nũ mẽorabile: ꝙ Triũuiralibus copijs ad Bononiã cõtratis: ſedit Aquila ſuper Octauij tabernaculũ: duoſqꝫ hinc inde coruos inceſſantes vehementer afflixit: vniuerſo exercitu futurã Triũuirorũ di-

ſcordiã: ꝛ eius exitum preſagiẽte. ſed om̃ia id genus exempla ponere ſuperuacue ſit opere preſertim quũ in his eſtimãdis tam frequens fuerit: q̃ vana Ethnica ſupſtitio. ❡ De Oſtentis. Capitulum. viij.

❡ De Rubo incombuſto.

SUnt oſtenta prodigijs haud dubie agnata. hec diuerſa tamen quia illa natura fiunt hec preter ordinem nature: accelerantqꝫ euẽtum: ſi que tardius fiunt: pregnant nõi unqꝫ: vt Rubus ille quem Moſes vidit incombuſtũ: quum Batuelis oues paſceret: vt huius virga que in Drachonẽ ſeſe vertit prioremqꝫ recepit formã: ſꝫ vtrumqꝫ myſticum longiuſqꝫ traxit euentum.

❡ De Oſtento a Daniele viſo.

IAm vero ꝛ illud tarde fuit ſignificatiõis: ſiue oſtentum dici oporteat: ſiue potius portentũ: quod daniel eſt intuitus: quũ Suſis in Meſopotomia eſſet ſubito ꝛ horrendo motu terre in publico deprehẽſus: in faciem cõcidit. hic celeſti voce iuſſus ſurgere et celũ intueri: cõſpicatꝰ eſt arietem magnitudine inani plura habentẽ cornua: ꝛ in his eminẽtiſſimũ vnum qꝺ extremo agnatũ eſſet loco. inde hircus ab occaſu per aerẽ delatus ab eo viſus: qui arietẽ altero capitꝫ impulſu ſtrauit: ſtratum cõculcauit. Jngens preterea cornu ex hirci fronte eminẽs ꝓductũ: quaternaqꝫ illi cornua agnata in quattuor diuerſas mundi plagas obſerua: ꝛ in his exiguũ vnum: qꝺ dum oriret: reddita vox eſt ex proximo id olim dei templũ crematurũ: triẽnioqꝫ ſacra inhibiturũ. ꝑ que diuino ille afflatus ſpiritu Perſici regni euerſionẽ interpretatꝰ: inclytam Alexãdri victoriã ꝛ impietatẽ regum: qui ob eo fuerunt preſagijt.

❡ De Regie domus oſtento.

SEruiebant Judei ſeruitutẽ in Aſſyria: obtinebatqꝫ Meſopotamie regnuꝫ Balthaſar: quũ in regia domo manus repente extitit ex dealbato pariete: q̃ hec ſcpſerit Mane: Techel: Phares numerũ ſcilicet pondus: ꝛ fragmentũ. id oſtentũ quid ſignificaret vnꝰ oim Daniel preuidit: docuitqꝫ eius regni excidiũ appropinquare.

❡ De Jordanis fluuij Oſtento.

JOrdanes Jſraelis progeniẽ poſt liminio reuerſam: in Paleſtinã tranſiniſſurꝰ retro curſum auertit: ne fatalẽ genti impediret acceſſum. ❡ De Solis Oſtento.

SOl preterea multo tardius ſolito occidit vt Joſue ſpecioſius vinceret. nullus dies Jſraelitis aut longior affulſit: aut letior. vocet hec aũt dubie oſtenta diuinorũ operũ ignarus: ſed miracula verius dicenda ſunt hec diuinitatꝫ opera ꝛ non nature ſua lege aberrantis.

❡ De Olei Oſtento.

SJmile eſt quod ſequitur. ſed ab alijs aliter eſtimabit. ſub id tẽpus quo deipara virgo ſacratiſſimo eſt partu ſoluta: Rome Tranſtyberina regiõe oleum terra erupit: perqꝫ integrũ diem perpetuo manauit fluxu. ❡ De Solis Oſtento.

SEd nullum (qꝺ ſciam) maius vnqꝫ in celo apparuit oſtentũ: q̃ qꝫ citra nature legem die quo Chriſtus Theantropos in Judea cruci eſt affixus: Sol a ſexta diei hora ad nonam obtene-

bratus eſt. ſtupuerūt miraculum ſapientes: naturalium rerū gnari: ⁊ ī hiſ
Dionyſius Areopagita: qui ad tale oſtentum exiluiſſe dicitur: atq; exteri
tus exclamaſſe: aut mundus ſoluitur: aut deus nature patitur.

¶ De ignoti hominis Oſtento.

E Rat Mauritius princeps Gregorio Pontifici infeſtus: immi-
nebatq; impius imperator pientiſſimo viro capitaliter. ceterum
obſeruatus eſt quidā omnibus ignotus monaſtico habitu: ſtri-
ctum tenens gladium: quem gladiatoris ſtatue circumferēs: al-
ta intonuit voce Mauritium fero periturum. abſtinuit ille vim tali terri-
tus oſtento. perijt tamen nihilo ſecius.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primū. ¶ De Solis Oſtento.

Acre Egyptiorū littere ſignificarunt bis ſolem occidiſſe vbi
S oritur: ac totidem ortum vbi occidit. quo nihil a nature lege
magis alienum eſſe potuit.

¶ De Mule partu.

Q Vum Darius rex babylonem obſideret: vox hoſtis audita eſt:
ex murorum faſtigio cauillātis: tum demū Dariū Babylone po-
titurū: quū mula pareret. tenuit inde obſidio annum ⁊ amplius.
et iam deſperatio capiēde vrbis ceteros ſubire ceperat: quum
Zopyri mula enixa eſt: fuit Zopyrus Megabyſi filius qui cū
Dario magos interfecit. editū eſt id oſtentū: ac ſimul vrbs Zopyri conſi-
lio ⁊ arte capta eſt. ¶ De Oſtentis Rome factis.

Nulla vnq; ciuitas plura vidit oſtenta: q̄ Romana: fuit enim
M omniū maxime Hetruſce ſuperſtitionis emula. proditū eſt itaq;
litteris: bouem ſub arato locutum: puerū ſemeſtrem in olito-
rio foro triumphū exclamaſſe: ſereno die turbarū ſonitum e ce-
lo auditum. L. Martio: et ſexto Julio Coſſ. in agro Mutinenſi duos in-
ter ſe montes ex aduerſo cōcurriſſe ingenti crepitu aſſultātes: ſpectatūq;
id oſtentū: ſiue quis portentū malit appellare ab equitū Romanorū via-
torūq; multitudine: preceſſit id oſtentū non nihil ſociale bellum: quo nul-
lum propemodum fuit Italie calamitoſius.

¶ De Oſtento in Mauricinis facto.

In Mauricinis anno quo Nero hoſtis peſtis humani generis
I principatu excidit: prata oleeq; media militari via in cōtraria
ſedes tranſiere. ¶ De Oſtento Caſſini facto.

S Uperat oēm admirationē oſtentū quod Licinio Craſſo et. C.
Caſſio coſſ. vt in Romanis annalibus proditū eſt: Caſſini cōti-
git. vt ex virgine quidā ſub parētibus puer factus ſit. hunc etas
illa adeo auerſata eſt: vt aruſpicum iuſſu in deſertam ſit inſulā aſportatus.

¶ De Simili oſtento Argis facto.

M Utianus ter cōſul prodidit viſum a ſe Argis Ariſtonē cui nomē
Ariſtuſe fuerit. nupſiſſe etiā: mox barbā illi ⁊ virilitatē prouenu-
iſſe: duxiſſeq; demū vxorē. idē auctor eſt: alterū a ſe puerum Smyr-
ne viſum qui pari forte ex femina mas repēte euaſiſſet: par oſtē-
tum ⁊ in Coſſitio Eyſdritano factum. qui nuptiarū die in matrem muta-
tus eſt. ¶ De quibuſdam alijs Oſtētis.

MUlto fedioꝛa hec:magiſq̨ terrifica:q̃ mule partus:aut Alba
ni lacus ſubitum incremētum:aut ꝙ mare ſub id tempus quo
Dionyſius tyꝛannus regno excidit:dulce ſit factum:ꝛ potabi
le in poꝛtu. ¶ De Ominibus. Capi.ix.

¶ De Moſe adhuc puero.

EXcuſat vocis ratio illoꝝ erroꝛē:qui i verbo dūtaxat omen
poſuerūt:ſed bonoꝝ pars multo maxima nō magis (vt vi=
deo) vocis q̃ rei omen vocauere.adijciunt illud quidā nihil
hoꝛum que omen afferunt:ad eum ptinere:qui id in ſe nō re=
cipiat: nec ſua intereſſe arbitret̃:que ex ſuo alieno ve oꝛe im=
prudēter excidunt:aut incōſulto fiunt.ꝛ vt vetuſtioꝛa dican
tur indubitatū id omen fuit eoꝛum:que poſtea ſecuta ſunt: ꝙ Moſes ad=
huc infans:coꝛonā capiti admotam cōlcidit:piectā pedibus cōculcauit.

¶ De Jo.Zacharie filio.

EIuſdem generis eſt:ſed admiratio maioꝛ ꝙ Jo.Zacharie filius
nōdum in lucem editus:indubitato prophetici ſpiritus argumē=
to:ſub ipm alme virginis ad Heliſabetā matrē ingreſſuꝫ:geſtiē=
ti ſimilis:viſus eſt ſentire ſeruatoꝛē humani generis adeſſe:q̄ vir
gineo geſtaretur vtero. ¶ De Magoꝛum Omine.

p Oteſt ꝛ illud ad hoc referri:ꝙ myꝛrha:thure:ꝛ auro ſit a Ma=
gis donatus Theanthropos Chꝛiſtus adhuc infans: vt plus
magi omnino dederint:q̃ tunc dare ſe arbitrarent̃.

¶ De Symeone.

TMpie faciat qui non prophetice mētis fuiſſe autumet Symeo
nis illud ad deiparam virginem: quum optatum in manibus
ſenex humane teneret redemptionis pignus:ꝛ hic gladius tuā
ipſius pertranſiuit animam.vana tamen ſuperſtitio omen libē=
tius q̃ oꝛaculum dixerit. ¶ De Cayphe Dicto.

Pari interpꝛetatione alij alio vocent noīe: ꝙ Hebꝛeoꝛum pontifex
p Cayphas pꝛo cōcione effatus ſit:opoꝛtere vnum moꝛi pꝛo populo.

¶ De pueris Hebꝛeoꝛum.

V El que tam euidens ſignificatio fuit in voce vnq̃: q̃ in puerili
illa acclamatione: Oſanna fili Dauid.notum eſt carmen. per
ꝙ Chꝛiſtus rex pullo ſedēs aſine a venerabunda ciuitate:Hie=
roſolyma veniens exceptus eſt. ¶ De Jeſu Anani filio

NEc ciuitas vlla ominoſi⁹ quicq̃ audiuit:aut vidit:q̃ Hieroſoly
mitana ſub id tempus quo exciſa eſt a Tito Veſpaſiani filio.Je
ſus Anani ignobilis alioqui ruſtici filius quum ad ſolemne ſa=
crum veniſſet:quo Attegie ſtatuebantur in templo: phanaſtico
ſpiritu repente impulſus:vociferari exoꝛſus eſt:vox ab oꝛiente:vox ab oc
cidente:vox a quattuoꝛ ventis:in Hieroſolima ꝛ templum:vox in ſpōſos
et nouas nuptas:vox in omnē populū: hec irrequieta voce clamitans ſe=
pe coꝛreptus:ac magiſtratum iuſſu flagro ceſus mutari non potuit. ac ne
fleuit quidem aut ingemuit quum atrociter cederet̃.nec medio ſupplicio
eſt quippiam ſupplex locutus.ſeptem annos nullū adijt.Ceterum ſeu me
ditans: illud frequens etiā ſonare: Ve Hieroſolymis vꝛbe a Romanis

circũceſſa quũ muros circuiret: ve ciuitati ingeminãs: ve templo: ve vniuerſo populo: factũ eſt vt illõ inſolens adiecerit: ve mihi etiam: atqꝫ in ea voce hoſtili tormẽto ictus concidit.

¶ De Conſtantino Imperatore.

Conſtantinus imꝑator quũ forte aciem in aduerſum hoſtem inſtrueret: crucẽ in celo intuitus eſt. ſimulqꝫ vocem audiuit: vince in hoc ſigno: accepit omen: ſiue oraculũ illud Cõſtantinus. ac ſimul victoria ſecuta eſt.

¶ De Ro. po. Omine.

Recens ei memoria eſt: que ſequit. ſed omen cuicunqꝫ veterum inſigni euẽtu comparandũ. prodijt frequẽs Romana ciuitas obuiam Enee Picolominco antiſtiti ſupremi ordinis Romã ad noui Põtificis creationẽ venienti. mirũ hic accidiſſe aũt: dubium preſagio an ciuiũ ſtudio: pars (quod ſatis conſtat) ciuitatis multo maxima pontificẽ ſalutauit. fuitqꝫ id omen illi ratum. creatus eſt illis ipſis comitijs Pontifex: Piuſqꝫ cognominatus.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum. ¶ De Numa Rege.

Fuit certi inſtar ominis in Numa rege: ꝙ eodem die quo eſt in Sabinis natus: Roma eſt cõdita a Romulo in qua ipſe poſtea ſecũdus a conditore legitime regnauit.

¶ De Centurionis Omine.

Sedebat difficilis cõſultatio ſenatuin: eſſet ne Roma inſtaurãda a Senonibꝰ Gallis recepta: an populariter Ueios migrandum. quũ ex ea parte fori: que curie adiacebat Centuriõis vox ex preſidio redeũtis audita eſt: ſta ſignifer. hic optime manebimus. quod omẽ magno ordinis conſenſu acceptũ fecit: vt vrbs retenta ſit: et rogatio de noua colonia fuerit antiquata.

¶ De Tiberio Graccho.

Tiberius Gracchus die quo optimatũ cõſpiratiõne in Capitolio perijt: cum domo egrederet: limini pedem offendit. adeoqꝫ grauiter maximus pedis digitus eſt cõuulſus: vt cõſciſſo vngue cruor toto calceo manarit. ¶ De Mario Arpinate.

S Sed ꝗ triſte fuit illud Gracchi omen: tam letum ⁊ optabile qđ in. C. Mario extitit. erat is adoleſcẽs: merebatqꝫ ſub Scipione Emilio in Hiſpania. incidit forte ſermo apđ ipſum ducem exercitus de claris imꝑatoribus: ac rogatus Scipio quẽ poſt ipſum habiturꝰ eſſet Ro. populus ſummũ ducẽ. tum ille leniter. C. Marij humerũ tangens: hic erit inquit omniũ preſtantiſſimus.

¶ De altero eiuſdem Omine.

Extulit vox tanti ducis haud aliter Marium: ꝗ oraculũ quoddam certiſſimũ. vt iam inde non niſi magna et excelſa ſibi proponeret. ſed maiore (vt credere eſt) omine alebant omine ingẽtes illius ſpiritus: qui tam in proſperis ꝗ in aduerſis infracti in eo apparuerũt. puer cum ruri aleret: ſeptem aquilarũ pulli reperti ſunt a matre in eius gremio. reſpõderũt interp̃tes taliũ oſtentorũ vq ea re cõſulti fore vt ſepties rẽpublicã imꝑio receptã ſuo p̄ſidio tueret

idem omen effecit: vt ne in extremis quidem rebus Marius deſecerit veteri oraculo confiſus. ¶ De Ceſare Dictatore.

CEſar dictator quum in Aphricam aduerſus Pompeianorum reliquias exercitum deportaſſet: ac primo littore naui egreſſus concidiſſet: vertit confeſtim omen in melius: exclamans: teneo te Aphrica. ¶ De Calano Gymnoſophiſta.

NOta eſt et Calani ominoſa vox fuit. is Gymnophiſtarum vnus diuq; comitatus eſt Alexandri caſtra. poſtremo viuus ſtatuit incenſam pyram ex gentis inſtituto inſilire. quam igitur ſpectāte exercitu inſubiectus pyre flammas inſulturus ſtaret: interpellatus ab Alexandro: rogatuſq; an mandaret aliquid: mox paulo īquit te videbo. impleuit id omen ipſius ducis interitus: qui nō multo poſt ſecutꝰ eſt

¶ De Preſagijs. Capitulum x.

EST preſagium prudentia quedam: et ſolertia animi futura p̄ſentientis. diſtatq; ab omine: quod prudens: ab imprudente: vigilans: ab eo qui dormit. qui omen facit: neſcit ſe facere. qui vero preſagit: attentione et ſolertia quadam: quod futurum eſt: preuidet. et ſi cauſa non ſemper nota eſt.

¶ De Iſraele.

ERat Iſrael iam ſenio confectus: plurium filiorum pater: in tanto tamē natorum grege de Ioſippi vita et incolumitate erat ſupra modum ſolicitus. vnum illum intueri: vnum penes ſe habere. nec temere procul ab legare: indubitato mentis preſagio (vt credere ē) fore vt is omnium vnus aliquādo maximo foret patri deſiderio: qui preſens partium explere non poſſet affectum. ¶ De Saulo Rege.

VIcit Saulus non vno prelio Philiſteos. verum ſuprema illa pugna: que fuit ipſi regi cum ea gente: fuit humanorum operum eidem vltimū: preter ſolitum ab eo formidata eſt: tanq̄ ſibi etiā et ſuis funeſta: nec mens futurorum ſollicita: paſſa eſt illum prius in aciem deſcendere: q̄ Samuelis vmbra exploratum habuiſſet: imminere regi et ipſi regie ſtirpi excidium: quod ſagax mens antea preceperat. preſenſit itaq; inſtare fatale tempus: ſed fatum declinare noluit aut certe non potuit. De Dauide Rege.

NEc illud aliud fuit: q̄ preſagium: fore vt in ſuorum ducum poteſtate eſſet vt Abſalon in pugna ſeruaretur. quibus ad prelium exeuntibus identidem Dauid rex imperaſſe dicitur: vt enixe darent operam: vt filius: et ſi hoſtis ſibi incolumis eſſet: et extra omne vite periculum preſenſit mens illa fatidica filij exitium ſed fatali neceſſitati obuiam ire non valuit.

¶ De Magdalenes preſaga vnctione.

HAbuit et Magdalenes vnctio preſagij ſpeciem: que ſub ipſum dominice mortis tempus Nardino vnxit vnguento Chriſtum regē et magiſtrum. quo delibutus ille eſt: non multo poſt ſepulchro conditus. lauit enim vetuſtes: et vnxit defuncta corpora. vngi et in conuiuijs mos fuit. ſed diuinam ſapientiam non latuit: quid ſibi vellet preſaga vnctio. ¶ De Io. Ro. Pontifice.

IOannes qui tertius et vigeſimus fuit huius nominis Romanus Pontifex: Bononia profectus (vbi ſtudiorum cauſa diu fuerat) Romam decreto petebat. Rogat⁹ ab inimicis quo iret ad parandū inquit mihi pontificatū. adeptus eſt ille id decus. ſed magno fortune ludibrio adeptum amiſit.

¶ De Calliſto pontifice.

Agnum ſane hoc: ſed illud maius: preſagijſq; multo euidentio
M ris: in quodam Calliſti tertij: qui mea mēoria cum adhuc puer eſſem pontifex fui: ceterū ab eo nōdum pontifice. vt qđ ex ipſa conſtitit inſcriptiōe: cōſcripto ſolemne votum repertū eſt: quo in ordine adhuc manens tanq̄ Pontifex deo optimo maximo bellum in Turcos vouit: ergo inquit Calliſtus pontifex voueo: ac voti carmen abſoluit ſcripto. ceterū dānatus voti: parauit in Turcum triremes aliquot. eſtq; eius auſpicijs non nihil in eam gentem bellatum.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Timone.

Odit humanū genus Timon Athenienſis: nulli hominū mitis: nulli blandus in occurſu preterq̄ Alcibiadi puero. hūc vnum in publico comiter excipere: caput demulcere: oſculari: amplecti. rogatuſq; aliquādo vnde illa comitas in ſolum dumtaxat Alcibiadē? quia video inquit fore vt hic adultus ſit patrie exitio futurus. nec ille ſua eſt cōiectura deceptus.

¶ De Themiſtoclis magiſtro.

Quid Themiſtoclis magiſter nōne ⁊ ipſe multo prius vidit: qualis eſſet is futurus: qui a ſe inſtituebat? quippe qui pueri illius indolem timatus dixiſſe fertur: nihil te paruū o puer: ſed certe magnū aliquid ſiue bonū: ſiue malum auguror futurum.

¶ De Theodoro Gadareo.

Ec minus ſagaciter Theodorus Gadareus rhetorice prece
N ptor: in Tiberio Nerone puero ſeuam lentamq; naturā deprehendit: apteq; et graphice deſcripſit obiurgabūdus ſepe eum appellans lutum ſanguine maceratū. Scribonius Mathematicus preclara de eodem infante ſpopōdit: regnaturū eum affirmans ſed ſine regio inſigni. ignota ſcilicet adhuc Ceſarum poteſtate.

¶ De Sylla Dictatore.

Preſagiū an aliud ſecutus dictator Sylla: non facile dexterim: victus tandem amicorū precibus: qui. C. Ceſaris adoleſcentis ſupplicium deprecabant: exclamaſſe fert haberēt illum ſibi: modo ſcirent cum quē tantope cuperent incolumē: optimatū partibus quādoq; exitio futurum.

¶ De Octauio Auguſto Adoleſcente.

Sumenti Octauio virilem togam: tunica Lati claui reſuta ab vtraq; parte ad eius pedes decidit. nō defuerūt: qui preſagirēt futurū aliquādo vt is ordo: cui⁹ iſtud inſigne eſſet: ei ſubijceret.

¶ De prudenter ⁊ falſe dictis. Capitulū. xj.

NOn pauci(vt arbitror)fuere: qui fortius ac longe aliter ꝙ ſenſerint aut vixerint locuti ſunt. ſed hi neqꝫ ſapientes habendi neqꝫ digni:qui ab alijs audiantur. nihil humane aures libẽtius audiunt veritate. qui quod ſentit loquit̃:verax eſt.cõtra vanus ⁊ mendax qui multũ diuerſa ab ijs que ſentit animꝰ:effat̃ verum omni tempore reperti ſunt: et hodie quidẽ pleriqꝫ reperiunt̃:qui naturã ſecuti:que veri amica eſt: nihil ficti loquũtur:quod rectũ putant:id ꝓbant.nec prudẽtes vnꝙ mentiũtur. nec vlla ſui parte magis homo qualis ſit: facilius deprehẽditur:ꝙ ſermone. vt aera tinnitu:ſic hominũ ingenia verboꝝ forma dignoſcunt̃. qua propter opere preciũ ſit (arbitror)his ſubtexere que quiſqꝫ hominũ obſeruatu digna ſit aliquãdo locutus:que non magis loquentiũ auctoritas cõmendat ꝙ extẽporalitas. Nam tam etſi a ſapiẽtibus non niſi ſapienter dicta prodeũt:placet tamẽ ⁊ in his extemporalis ſapientia.

¶ De Chriſto Rege.

SCiſcitati ſunt Judei ab ipſa ſapientia: eſſet ne cenſus reddendus Ceſari? ac ſimul Herodionos nummos ꝓtulerunt.apparebat ſi ad ea que rogabat̃:rite reſpondiſſet:euenire oportere: vt aut impietatis reus fieret:aut maieſtatis.tũ doctor ille ſummus:dicite cuius inſcriptio eſt hec? Ceſaris aiunt. Reddite inquit que ſunt Ceſaris:Ceſari.⁊ que Dei: Deo.

¶ De eodem Chriſto.

QUid preterea tam vehemens: ꝙ illud ad infringendã inſectantium calumniã petulcãqꝫ dicacitatẽ? ceca eſt inuidia:que vnum dumtaxat nouit opus honeſta ⁊ fortia labefactare. aiebant Judei in Belſabuth eijcit demonia:tum ſuprema illa virtus:ſi ego in Belſabuth: filij veſtri in quo ergo eijciunt?

¶ De Samſone.

SAmſon vir fortiſſimus vbi inſolubile enigma a ſe equalibꝰ propoſitũ:ſenſit procoꝝ vni ab vxore proditũ:medio cõuiuio exclamauit: Nihil fallacius femina. ¶ De dauide.

SUnt equidem multa a multis dicta:atqꝫ eque celebrata.quale illud Dauidis Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus:et alia his ſimilia.

¶ De Matheo Chriſti diſcipulo.

Extat filij huius liber ſapientie nomine inſcriptus.qui in vniuerſum queat vitam hoĩs inſtruere ſapiẽter dictis.ſed recẽtiora id genus alia magis fortaſſe placebũt. quale Mathei iſtud (fuit is vnus ex.xij.diſcipulis)qui ad Abagarũ miſſus.quũ rex ⁊ multi cum eo illiꝰ predicatiõe ad veram fidẽ acceſſiſſent:cõgererentqꝫ illi abeunti multũ auri.tum Matheus horũ munera aſpernatus: ſi noſtra inquit relinquimꝰ:quomodo recte accipere poſſumus aliena?

¶ De Vigilio Ro.pontifice.

Appellatꝰ Bizantij Agapetus Ro.põtifex a Teodora Juſtiniani principis vxore de Anthemio antiſtite reſtituẽdo: negauit ille ptinaciter ſe id daturũ.erat Anthemius hereſeos dãnatus ſed qꝛ parũ aberat:quin vi cogeret̃:putabam inq̃t ad Juſtinia-

num veniſſe:nõ ad Diocletianũ.fuit Diocletianus omnium qui imperio potiti ſunt:Chriſtiani nominis inimiciſſimus.contra amicus ⁊ fautor Iuſtinianꝰ.

¶ De Bonifatio Ro. Pontifice.

ODit inexpiabili odio Columnenſes Bonifatius huius nominis octauus:in ſectatuſq; eſt ad excidium totam gentem.inſignaturus itaq; cineritio die Prochetum Genuenſem antiſtitem:cuiꝰ clarum erat nomen in factione: mutato carmine. Memento inquit homo:quia Gebellinus es:⁊ cũ Gebellinis in cinere reuerteris. atq; hec effatus: oculis:non capiti (vt moris eſt) cinerem effudit.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum. De Fabio.

S Uadebãt amici Fabio maximo:vt quãdo ſignis ⁊ timidus Rome haberetur:adire mallet pugne pericula: q̃ formidinis infamiam ſubire.tum ille:eſſent ego inquit vere formidoloſus ſi leuium hominũ obtrectationes veritꝰa meorũ conſiliorum ratiõe diſcederem

¶ De Hannibale: ⁊ Giſcone.

ADmirari ſupra modum Giſco Penorũ illuſtrium vnus Romanaꝫ aciem ad Cannas in procinctu ſtantẽ.nec tam vehemens admiratio carebat metus ſuſpitione: ad quẽ protinus eludendũ tempeſtiue Hannibal:at illud ait puto te multo magis in iraturum: q in tanto hoſtiũ numero nemo eſt qui Giſco nuncupetur. mouit ea vox riſum aſtantibus:⁊ ſpem maximã Penis attulit fiducia ipſius ducis: qui in aperto diſcrimine ioco non abſtineret.

¶ De Barcha Peno.

V Icit itaq; egregie Hannibal. nec de Romanis vnq̃ illi maior contigit victoria. qua quum Penus dux frigidius vteretur: vir nobilis Barcha: vincere ſcis inquit Hannibal: victoria vti neſcis.

¶ De Fabio maximo: ⁊ Hannibale.

R Ecepit Fabius maximus Tarentum a Penis nocturna proditione: qua arte fuerat ab hoſte captum: vrbis igitur alienatiõe ad Hannibalem delata: Tarentum (dixit) amiſimꝰ: ea arte: qua ceperamus.

¶ De eodem Fabiano.

SUſtulit Fabianus victor ex ea vrbe omnia fere ornamenta publica: preter deorum ſtatuas. quod vt faceret ab amicis monitus: quin iratos deos (ait) Tarẽtinis relinquamus.

¶ De Antiocho rege

m Ultatus tota Aſia circa Taurum Antiochus rex Syrie a Romanis bello victus teſtatus eſt ſe magna cura liberatũ: q modicis regni finibus incluſis eſſet.

¶ De Aphricano.

ANtiochi vox illa quietem:⁊ ocium querentis non eſt ſolertis: et magnanimi regis. multo melius Aphricanus maior:qui ocium vertebat in negocium.nota vox eius:qui dicere ſolitus eſt: nũq̃ ſe minus ocioſum eſſe q̃ quum ocioſus eſſet: nec minus ſolum: q̃ quum ſolus.

¶ De Catonis ioco.

m Ittebantur tres legati in Bithiniam ad Nicomedem regem:laborabatq; horum vnus a pedibus:erat alteri caput varie cõfoſſum: ⁊ cicatricibus deformatum: qui reliquus fuit parum ſapere credebatur.eſtq; in hos facere cauillatus Cato: teſtatus legationẽ

illam populi Romani neqꝫ caput: neqꝫ pedes: neqꝫ coꝛ habere.

¶ De Diogene: ꝛ Dionysio.

M Ultum diuqꝫ fuit Diogenes Cynicus Coꝛinthi. hic ille Dionysium Syracusanū intuitus a Timoleonte Coꝛinthio principatu deiectū: magisqꝫ presentiū voluptatū: ꝗ͂ pristine foꝛtune memoꝛē: viuis inquit Cynicus o Dionysi: tanqꝫ multum vite indigus.

¶ De Lysandro Lacedem. nio.

Fertur Lysander Lacedemonius frequens illud in oꝛe habuisse: pueros Astragalis fallere solere: viros iureiurādo. Idē tamen iniuste aliquādo fecit amicoꝝ causa. ceterū quum talis esset: tanqꝫ deus quidā aras: et sacrificia est in Grecia adeptus.

¶ De Pyrrho Rege.

Vicerat Pyrrhus rex ingenti pꝛelio Romanos: cōtigitqꝫ victoꝛia illa regi non incruenta: parte multo maxima victricū copiarū cesa. aut grauiter affecta. cum Pyrrhꝰ cōscius sibi cladis eo pꝛelio accepte: perij inquit si iterum Romanos vicero. eiusdem est Siciliam relinquētis: o qualem Carthaginēsibus ꝛ Romanis relinquimus palestram.

¶ De Sydonio.

Rogatus Sydonius quidam homo dicax quid esset ꝙ quum nulli rogatoꝝ parceret a. M. Crasso incessendo ptinaciter abstineret quia ~~Crassus inqt fert fenum in coꝛnu~~ que vox inde frequēs vsurpata est in eos: qui sua sponte nocerent vt boues: quibus alterū coꝛnu feno religatur: quia viatoꝛes petant.

¶ De Alexandro magno.

Querebatur ab Alexandro magno vellet ne in Olympico stadio certare? libēs inquit certarē: si reges ibi mecum certaturos scirem. eiusdem est ꝛ illud in Callisthenē: odi sapientem: qui nihil sibi sapiat.

¶ De. C. Cesare.

Negabat Cesar: testis rogatus se quippiā compertū habere de cerimōijs Bone Dee: que a Clodio pollute dicerentur. tum ij qui in eam rem acquirebant: cur ergo vxoꝛ ē eiecisti? qui responduit: domū meam nō solum opoꝛtuit crimine carere: sed suspitione etiam criminis.

¶ De. M. Bruto.

V ictus Brutus in Philippis: quum ab vno amicoꝝ moneretur: fugiendū esse prius ꝗ͂ hostis adesset: tum ille fugiendū quidē sed manibus: non pedibus.

¶ De Demade Atheniensi.

Nunciauit Athenis Asclepiades quidā magni Alexandri interitū: negabatqꝫ Demades esse credendū: potuisse dictitans vel vno die totum oꝛbē repleri tanti cadaueris odoꝛe.

¶ De Phocione.

Tumultuabantur Athene ad eum nūcium cuius non mentio incidit: nec Phocionis monitu castigatiōe ve qui censebat certioꝛē nūcium expectandū: compꝛimi poterat gliscens motus: quin multis reclamātibus verū esse: quod Asclepiades nūciasset: tum Phocion si hodie verū est: erit ꝛ cras: ppetuoqꝫ deinceps verū. Idem a Leosthene quodā interpellatus: quid toties impatoꝛ Atheniēsibus ꝓfuisset? hoc inquit vt ciues mei suis cōderentur sepulchꝛis. Est ꝛ illud eiusdem in eundem Leosthenem: quum magna et elata que=

dam ſuper bello decernẽdo loqueref tua inquit Phocion o Leoſthenes
verba Cupreſſo ſimmilia ſunt: magna: ſed ſine fructu.

¶ Plurium falſe: ⁊ prudenter dicta.

Pitheas vnus ex Atticis oratoribus Demoſthenis diligentiã
ſignificaturus: eius enthymemata dixit lucernas olere. M. Ci
cero: Platonis Dialogos ita ſcriptos affirmarat: vt Iuppi
ter nõ aliter fuerit locuturus ſi loq̃ voluiſſet. iam ⁊ illud vni⁹
ſapientũ ad Cambyſem regem nõ obſcurũ: quũ rex ab eo que=
ſiuiſſet: an ſororẽ legitime poſſet ſibi mrĩmonio iungere: tũ ille nulla lex
inq̃t rex hoc ꝑmiſit vnq̃. ſz alia maior lex ẽ: licere regi facere qcq̃d libeat.

¶ Noni exẽplorum finis.

Marci Anthonij Sabellici exemplorũ Liber decimus. Ca. primũ.

¶ De inani glia vitanda.

Non nobis dixit ꝓpheta ſumimus: ſed nomini tuo da gloriã: quũ
celi numẽ alloqueretur. clamat fatidicus ille vates: teſtatur ad
monet dementis ⁊ ſtulti eſſe: tribuere homini: quod ꝓpriũ ſit nu=
minis: ad quod bona cuncta ſunt referenda. omnes humane vite ſucceſſus
inde ſunt: inde ⁊ quicquid in terris boni nomen habet. velut ex vberrimo.
manat fonte.

¶ De Moſe: ⁊ Aarone.

Id vſq̃ adeo perſuaſũ habuere Moſes: ⁊ Aaron: vt in Arabiã
cum incolumi populo per rubrum mare tranſgreſſi: confeſtim
deo ſeruatori laudes decantarint.

¶ De Ieſu Nazareno.

Chriſtus ſumma virtus curabat cecos: mundabat leproſos: ſur
dis auditum reſtituebat: mortuos ſuſcitabat. tantũq̃ aberat: vt
inde ſibi gloriam aucuparetur: vt illud fere preciperet ijs: q̃ cu=
rarentur: vt deo laudem darent.

¶ De Petro Bariona: ⁊ apoſtolis.

Hanc Petrus Bariona: ⁊ ceteri apoſtoli ĩ doctore ſummo mo
deſtiam imitati: tantũ ab omni inani laude abfuerũt: vt occul=
te magis q̃ in apto miracula operarentur. ⁊ in Chriſti Naza=
reni nomine: nihil obſcure teſtati: non ſua ſed diuina virtute fi=
eri quecunq̃ miraculoſe operarentur.

¶ De Ioanne zebedei filio.

Fuit ⁊ Ioannes zebedei filius huius vani affectus longe expers
id quum omnis eius vita facile demonſtrat: tum q bis ſeptenos
annos de ſuo in celum raptu pertinaciter mortales celauit om=
nes. nec prius id archanum retexit: q̃ Corynthios cõmone fa=
cere coactus eſt: ne ſibi non veros apoſtolos preferrent: praua opinione
decepti.

¶ De Io. Monacho.

Mittebat ſalutare oleum circa domos. Io. Monachus Egyp=
tius: ne qui curationis cauſa ad ſe vehebantur: citro vltroq̃ pre=
ter vehentes a pluribus obſeruarentur.

¶ De Antonio Abbate.

At ne oleum quidem miſit Antoni⁹ abbas quin Martiano pre=
fecto militum opem filie: que a demone vexabatur: implorante:
negauit a ſe: quia peccator eſſet: oportere auxilium ſperari. uer
et ſalutem puelle a Chriſto qui deus eſſet: precaretur. precat⁹
ille eſt: et confeſtim puella immundo ſpiritu eſt ſoluta. magna Antonij de
miſſa: ſed prefecti militum fides maior curatio preſentiſſima.

¶ De Gregorio Pontifice.

Laudabatur a quodã impenſius Gregorius Roma. pontifex. viſuſq; eſt ſibi ea laudatione nõ ornari:ſed grauiter honorari precare inquit hoſpes deũ:vt fiat aliquãdo ijs dignus:que mihi tribus:ac tu nõ indignus:vt opinio iſta improbari poſſit.

¶ De Franciſco Aſiſiate.

Opere preciũ eſt audire q̃d Franciſcus Aſiſias ꝯmẽtus ſit aduerſus gliſcẽtem ſanctitatis ſue famã:que quũ in horas maior ferretur:ne qua inde voluptas ſubiret animũ:negocium dedit dicaciſſimo cuidã:vt vitã:⁊ mores ſuos omni verborum petulãtia inceſſeret.vrgere ille imaniter volẽtem:ruſticum vocãs:indoctum:ſtigmaticũ probare id conuiciũ Franciſcus:ac teſtari multo verius de ſe illa dici: q̃ laudes ab vllo predicari.

¶ De deipara virgine.

Sed dei pare virginis demiſſa confeſſio omnẽ in hoc genere poſt ſe longe reliquit exemplum:que a celeſti nuntio ſalutata:preclarumq; ⁊ ineffabile myſterium edocta:non ſe domini matrem:nõ filiam:non ſponſam dixit ſed ancillam.ceterum quo ſe humilius depreſſit eo ſublimius in celum euecta.

¶ De Galicane femina.

Fuit recentioris memorie femina Gallici generis.obſcuris orta natalib⁹ ſanctitate nobilis:pertesa hec frequentã ad ſe mortaliũ conuerſationẽ:ob receptam de ſe opinionem in ſolitudinem longius abijt:trium dierum itinere: vt locorum intercapedine deſineret frequentari.

¶ De Ethnicis exemplis.Et primum.

¶ De Diogene Cynico.

In nulla humane vite parte pauciora reperire eſt Ethnicorum exempla:q̃ in hac:que ad glorie contemptum pertinet:quippe qui Chium Ariſtonem ſecuti:ad ſtudium laudis omnia potius q̃ pietatis retulere. fuerunt tamẽ in his nonnulli: qui virtute contenti:famã:⁊ laudem omnẽ contempſere.enimuero Diogenes ille Synopeus nunq̃ ſe tantũ abieciſſet vt pueris cõtemptui eſſet: ſi ex vana vulgi opinione:⁊ multitudinis plauſu pependiſſet.maluit ille eſſe vir bonus: q̃ predicari:mag; nature emulus q̃ glorie cupidus. eſtq; propterea poſt mortem aſſecutus quod viuus repudiauit.

¶ De Heracleto: ⁊ Timone Athenienſibus.

Hoc ſcilicet nec alio affectu.Heraclet⁹ Epheſi⁹:⁊ Timõ Athenienſis: tam diuerſi abierunt ab hominũ opinione vt hic omnium cõmertiũ fugeret: ille vellet a nullo ſua ſcripta intelligi.

¶ De Fabio Maximo.

Fabius Maximus ne cũctatoris quidem nomen repudiauit: modo cunctatio illa patrie profutura eſſet: nec pretulit ille rumores hominum publice vtilitati.maluit dux vtilis eſſe: q̃ vana et ſtulta predicatione nobilitari.

¶ De Cincinnato.

Extant ciuilitatis: ⁊ modeſtie exempla: adhuc eorum qui Fabij etatem preceſſere.Nam quid Cincinnato ciuilius? qui depoſita dictatura:confeſtim ad aratrum:vnde fuerat accitus recurrit.

¶ De Curio dentato: et Catone maiore.

AUt quis hominum minus oſtētator: quam Curius? qui conſul: et copiarum Imperator hoſtium legatis ſpectantibus: in fictilibus rapa heſitauit. vel quis Catone: qui poſtea Cēſorius eſt dictus: magis popularis? qui Sardiniā Pretor ſortitus: ſine rheda circuiuit ciuitates vno duntaxat comite: qui veſtem ferebat: et turibulum.

De Timoleonte Corynthio.

TImoleon Corynthius tantum abfuit ab huiuſmodi vitio: vt euerſo Dionyſij principatu: ⁊ libertate Syracuſanis parta: e medio ſua ſponte ceſſerit. maluitq; priuatus: ⁊ in prediorum ſeceſſu ſolus vagari: quam officiorum frequentia ſeptus in vrbe conſpici.

De Phocione.

FUit ⁊ in Phocione exemplum id genus vnum in raris habendū cuius virtutem mirari: ij qui aurum ab Alexandro illi dono tulerant (nam ille regium aurum pertinaciter recuſauerat) vbi eius domum ſubierunt: vxorem panē pinſentem intuiti ipſumq; aquā ſibi haurientem: qua pedes lauarentur: multo efficatius poſcere acceperunt: vt aurum acciperet: cuius eſſet: vt facile ex ijs que fiebant: poterat intelligi valde indigus. negare Phocion id eſſe: ac ſimul ſenem quendam medicum atq; eundem pauperem intuitus: vtrum inquit meliorem arbitramini me: an quem pretereuntem videris? precantibus illis vt meliora loqueretur: at ille inquit multo paucioribus contentus agit: quam Phocius in diem enim ſibi querit vnde viuat.

De Temerario Iudicio: Capitulum. ij.

DOcuit veritas: ⁊ prima ſapientia: quod Euangelica monſtrat hiſtoria: iudicandos eſſe: qui temere iudicant. ⁊ quum ita ſit (nā veritas falli non poteſt) nullum tam eſt vitium in hac vita: qua viuitur frequentius. Lippiunt ſepe oculi: obſurdeſcunt aures: fit hebetior viſus: fit ⁊ guſtus. opinatur nihilo ſecius mens et iudicat ad ſenſum. imaginatur etiam: oriturq; hinc quoq; iudicandi materia: quo fit vt in nulla vite parte denſior exiſtat humane mentis caligo nullibi maior ignorantia.

De Heli ſacerdote.

INtuitus Helis ſacerdos Annam Helcane vehementius in Sylo ſuplicantem. quo vſq; tandem ages ebria dixit? quid deſpicatius? at illa nō vino: ſed diuino flagrabat ardore. eſtq; multima muliere e celo audita: ⁊ ex ſterili fecunda facta.

De Ammonitarum rege.

MIſit Dauid rex legatos ad Ammonitarum regem: qui ſuo nomine dolerēt obitū patris nuper defuncti. credidit ille nō ad officium eos ad ſe miſſos ſed vt circa ſe omnia explorarēt. atq; ita perſuaſus barbam ijs: qui miſſi fuerant cōtra ius gentiū abraſit: ⁊ ad nates vſq; recidit veſtes. temeritas ingens: ⁊ que non impune illi ceſſit. enimuero legatis barbam ademit: ſibi vero regnum.

De Symone Chriſti hoſpite.

TEmere nimis ⁊ ſtulte de chriſto Theantropo iudicauit Symon: qui eum etiā hoſpitio acceperat: ne prophetam quidem

t

opinatus:quia mulierem vulgo infamem a ſe non repuliſſet:ſed tangi etiam ſe ab ea pateretur. at felix ille error:qui diſcuſſis ignorantie tenebris: continuo eſt factus lucis princeps.

¶ De falſo Judeorum iudicio.

EJcit aiebant Judei diuinitatis opera Chriſto inuidentes: In Belſabuth demonia. ceterum vix tam temere calumnia illa iniecta eſt: ꝙ celeriter diſcuſſa: tēpeſtiuo veritatis occurſu: ſi ego inquit in Belſabuth: veſtri ergo filij quo nomine eijciunt?

¶ De Vitale Monacho.

C　Ecidit quidam Alexandrie Vitalem monachū proſtibulo exeuntem ratus libidinis gratia locum adijſſe. ceterū ille pietatis officium ſecutus: eo venerat: vt inde mulierē eximeret: que ſe turpi queſtui addixerat. inuenit itaqꝫ temeritas vltionem. percuſſorqꝫ vexari illico ceptꝰ eſt a demonibus: vt quorum impulſu dextera peccauerat: mens eorundem in curſu torqueretur.

¶ De Daniele abbate.

E Celo impetrarat Daniel Egyptius abbas fecunditatem matrone haud ignobili. ceterum quia frequens in ea domo obſeruabatur: vicini abbatis congreſſu mulierem grauidam eſſe factam arbitrari. percrebruit is rumor. quo plus nimio commotus Daniel puerum nuper editum iuſſit in publicum deportari. multiſqꝫ mortalibꝰ ad id ſpectaculum vocatis: alijs ſua ſponte affluentibus: infantem per deum adiurat: vt dicat quo eſſet patre genitus. hic miraculo factum: vt puer liquido teſtatus ſit ſe legitimo toro: non adulterino natum.

¶ De Britio Turonenſi.

PAri infamia perfuſus Britius Turonenſis antiſtes primo pueri nondum menſtrui vſus eſt teſtimonio. qui Chriſti nomine rogatus: negauit Britium eſſe patrē. aſcribere prodigioſum affatum emuli magice arti. ardentem prunam pius antiſtes in ſinuz collectam per populū impune circumtulit. neqꝫ id miraculum obſtitit quo minus dignitate priuaretur. Ceterū duo qui in eius locum ſurrogati ſunt vnus poſt alium fato conſumpti ſunt. oſtiūqꝫ quo ille ab initio flagrauit: in gratiam vertitur. vix igitur tam aduerſa inuidia fuerat honore depulſus: quanta ⁊ innocentie ⁊ ſanctitatis opinione reſtitutus.

¶ De Ethnicis exemplis: Et primum.

¶ De Palamide.

H　Abent ⁊ cetere gentes ſua temeritatis exempla. inquibus vtve tuſtiſſimum ita maxime memorabile eſt illud palamidis qui ad Troiam temerario Grecorū iudicio damnatus perijt Ita cenſis Vlixis fraude.

De Verdanio Aricino.

N　Ec arte multū diuerſa Tarquinius qui vltimus fuit Romanorum regum: Verdonium Aricinum temerario: ⁊ inconſulto latinorum iudicio perdendum obiecit.

¶ De Valerio Publicola.

TAe nunc:⁊ ꝙ inconſulte: ne ſtolide dicam populus Romanus. M. Ualeriam in effectate tyrannidis infamiam coniecit? quia in ſumma Ualeria edificaret. tanq̃ fieri potuiſſet vt is qui tam acerbus regum hoſtis aſſertorq̨ libertatis extitiſſet: tyrannidē affectaret. ſed domo que illi inuidie fuit: ſolo equata: a deo ciuitatis animus eſt mutat⁹: vt quē nuper: vt tyrānū auerſabat: Publicolā dixerit.

De Sabinis.

SAbinorum autem iudicium nō ſolum ſtultum: ſed ſibi ipſis etiā funeſtum et ꝑnitioſum. qui Sextum Tarquinū temere credēdo ex hoſte hoſpitē fecere: ex hoſpite ducem. per quē non multo poſt non tantū bello victi ſunt: ſed libertate etiam ⁊ fortunis omnib⁹ exuti.

De Romana Ciuitate.

QUantum Romana ciuitas in Fabio maximo oblucinata eſt. tā tum nec minus in Minutio. in hoc temeritatem pro fortitudine complexa: in illo prudentiam pro timiditate grauiter auerſata. vna tamē hora docuit multitudinis eſſe proprium nihil ſapere: temereq̨ iudicare: vt vbi conſilio opus eſt: euentum requirat.

De Sylla Dictatore.

TOrſit. L. Syllam tametſi dictatorē falſus de Gn. Pompeio rumor: torſit ⁊ multitudinis opinio: q̄ temere rumori acceſſit: Pompeium in Aphrica a Sylla cum exercitu defeciſſe. pacatus tamē ducis ad vrbem reditus vanum populi iudicium arguit: ⁊ dictatoris animum metu liberauit.

De Ueſpaſiano.

EAdem ſuſpitionis vanitas diu ſollicitum: ⁊ anxiū habuit Veſpaſianum principem: ſed huiuſmodi iudiciū eo leuius quo minus Veſpaſiano timendum fuit a filio: ꝙ Sylle ab alieno adoleſcente. creditus eſt. T. Veſpaſiani filius: quia Hieroſolymis euerſis: non illico Romam veniſſet: regnum meditari. credidit id pater: crediderunt ⁊ multi. ceterum Titus omnium opinione celerius ad huiuſmodi falſos de ſe rumores coarguēdos. ſeſe patri ex improuiſo obtulit. Ueni inquit pater veni: per que ſuſpitio diſcuſſa eſt: principiq̨ ⁊ ciuitati vana opinio merito exprobrata.

De duabus Veſtalibus.

SEd in nullis hominum magis: ꝙ in duabus Veſtalibus temeraria hec iudicandi ratio eluſa eſt. Claudia: ⁊ Tucia parum ſāncte ſuam tueri virginitatem vulgo credite: verum vbi ⁊ hec nauim vado remolita eſt cinguloq̨ aduerſo Tyberi perſtraxit: illa aquam hauſit cribro: concipit fama mendax. ⁊ ꝙ ſtulte multi iudicarūt tam dolenter: et afflictim ſue temeritatis penitentiam egere.

De Conſtantia: et Fiducia: aduerſus demonum Preſtigias. Capitulum. iij.

OMnium animalium homo precipuo pauore confunditur. et quo plurium eſt imaginum capax: eo timidior pluribuſq̨ terroribus obnoxius. vſq̨ adeo pronus ad nouas ſpecies effingendas: vt que in medio philoſophorum quidam pro incertis reliquunt aut reijciunt pro vanis: quia incorporea ſint: humani oculi putent ſe cernere. verum omnis de laruis

et demonibus tam vulgata: q̃ vera eſt opinio: ſi quis veritatem attendat non Leucippi: ⁊ Epicuri delirium: qui omnia ad ſenſum referunt.

¶ De Job viro iuſtiſſimo.

Sed quis tantũ vero deflexit vnq̃: vt que in Job viro iuſtiſſimo euenere non dei optimi maximi permiſſu: maliq̃ Genij ipſius ſenis aſtu facta arbitref: vt is ad virtutem exercitatior fieret homo alioqui optimus: nulla eſt erumna tam atrox ⁊ acerba in humanis que non hominẽ attigerit piũ: iuſtum: et innocentẽ. magna et ſeua hec. ſed piũ ſenis propoſitũ adhuc potẽtius. exercitus eſt ille vt vnus aliquis hominũ maxime: verum nunq̃ victus. ¶ De Chriſto.

Magna aduerſus eum cuius nunc memini extitit Lacedemonis intemperies. ſed maior oĩno que attingere auſa eſt vnigenitum dei filiũ: qui tametſi deus eſſet: erat tamẽ ⁊ homo. hũc auaritie: hunc gule: ſuperbieq̃ vitio polluere conatus eſt. ſed fraus illa eo vanior: quo xp̄i qui tantus erat: maior fuit virtus: maior ſapiẽtia.

¶ De Benedicto Abbate.

Senſit Benedictus abbas monachoꝝ quẽdam de monaſterio relinquẽdo cõſilium agitare. habuitq̃ pro magno negocio illuc occurrere. cõſpicatuſq̃ eſt homine extrahi a puero Ethiopici coloris: dum ceteri ſacris operarenf. increpuit eũtem abbas: ac ſimul aſſecut᷒ percuſſit virga. nec qui trahebatur fuit inde eiuſmodi caſibus obnoxius. ¶ De Antonio Abbate.

Petebat decreto heremũ Antonius Alexãdrin᷒ abbas. eſtq̃ obiter demonib᷒ ad necem ꝓpemodũ ceſus. deflexitq̃ itaq̃ in proximũ vicum: fuitq̃ hic tantiſper dum curaref. inde repetitio itinere ꝓcul ire pergit: vel grauiora inde paſſurus modo propoſitũ teneret. ꝓfuit illi cõſtantia: ꝓfuit ⁊ fiducia. enimuero diuina ope adiutus heremũ tenuit: vixitq̃ in ſolitudine tutus ab eiuſmodi demonũ preſtigijs. ¶ De Macario Abbate.

Fuit ⁊ Macarius Alexandrie abbas: accidit huic quod ⁊ paucis hominũ: ſubierat forte ethnicũ ſepulchrum ſubmoto Cippo nocte deprehenſus: vt in eo caperet ſomnũ. hic ille vocem ſe audire imaginatus eſt: ex ijs oſſibus redditã quibus dormies herebat: venirem ſi poſſem: ſed premor pondere ſuper me cubantis. tum ille exi inquit: ⁊ abi ſi potes. ego hic vel tenolente pernoctabo.

¶ De Hilarione abbate.

Sed nullus q̃ ſciam) audacior fuit Hilarione: fortiuſq̃ cõtemſit demonũ fraudes. quippe qui in ſolitudine ſepe īfantiũ voces intẽpeſta nocte audire ſe exiſtimauit: nũc balatus ouium: mugitus boum: planctus mulierũ: leonum rugitus: ſtrepitũ armorũ: variarũq̃ portenta vocum. Ceterũ auſus aliquãdo totum phaſma explorare: dominice crucis ſigno inſtructus ad lumen lune tugurio egreditur: ſolicitèq̃ circũſpiciens: eſſe currum directis in ſe equis euntem conſpicatus eſt. hic Chriſti Nazareni nomine aduocato: in veſtigio manſit: expectans rei euẽtum. tum vero terrifica illa bigarum ſpecies ſubito terre hiatu in conſpectu abſorpta eſt.

¶ De eodem Hilarione.

Quid ꝙ a fundẽdis precibꝰ cum paululũ quieuiſſe: Hilarion: malus demõ ferianti inſidiatus: repente eius dorſo inſiluit calcibꝰ latera quatiẽs: ceruicẽ flagro. eia inquit dormitas? mox cachinno deſup increpitans: vis inq̃t iam feſſus hordeũ? in id ſcilȝ cauillatus ꝙ aliquãdo Hilarion ſuo iratus corpori dixiſſe fertur: ego te aſine nõ hordeo paſcã: ſed palea faximꝫ ne calcitres.

¶ De Elphego Cantaurenſi Antiſtite.

Eductus carcere Elphegus Cantaurenſi antiſtes: ratus ſe celeſtem nũcium ducẽ habere: non nihil vie a carcere euaſerat: quũ reputãs animo cuiuſnã eſſet martyriũ effugere. precatꝰ eſt ſuppliciter deum: ⁊ confeſtim demon euanuit.

¶ De Sarra.

Sarra in Thebaidis monaſterio ſacerdos maxima libidinis ſtimulo exagitata iãiam ſuccubitura ſuppliciter deũ precata eſt. voxꝫ ſimul ex ꝓximo reddita: viciſti me Sarra tum illa non ego inquit: ſed Ieſus qui vocatus eſt affuit.

¶ De Theodora.

E   St ⁊ Theodore Alexãdrine malus demon iſidiatꝰ: ſub Theodori noie: qui diligens erat pietatis cultor. exprobrauitꝫ illi adulteriũ: cuiꝰ mulier erat ſibi cõſcia: precideretꝫ interim oẽm ſpem illi venie: calũnie auctu. ſignauit ſe Theodora dñice crucis ſigno: cõtinuoꝫ calũnie auctore e medio eſt ablatus.

¶ De Iuliana virgine.

Obtulit ſe Belial demõ Iuliane virgini in carcerẽ poſt ſeua verbera deiecte. induratꝫ celeſtis nũcij faciem: vt cõmodius falleret: hortat̃ puellã Chriſti noie: vt ethnicis diis ſacrificet: fore vt ꝓpterea omni cruciatu defungeret̃. inhorruit virgo: ſuſpicataꝫ fraudẽ eſſe: deum ſupplex precat̃. vt quale illð eſſet oraculũ ſibi liquidius pateret. vinxit illa demonẽ ꝑmiſſu numinis ſeuiſꝫ verberibus affecit.

¶ De Ethnicis exemplis.

Habent ⁊ ꝓphane gentes quod in hac relatiõe iure locare poſſis. nõ tam pietate ꝙ̃ animi cõſtantia fieri i plerisꝫ plãtaſmata auribus: ⁊ oculis obuerſata fortiter tulerũt. quidã obnoxie nimis: nec ſine magno motu mẽtis: animiꝫ cõſternatiõe in eiuſmodi terrores inciderunt.

¶ De Dione Syracuſano.

Vt Dion Syracuſanꝰ qui paucis diebus quibus interfectꝰ eſt: quũ interiore parte domus ſederet: curis intentus: pregrãdem intuitꝰ eſt feminã domũ ſcopis verrentẽ dira facie: ⁊ furiali habitu. terruit tam feda ſpecies virũ alioqui inuicto animo. eſtꝫ reputatiõe tam fedi aſpectus adeo cõſternatꝰ: vt amicos rogauerit ne a ſe nocte illa diſcederẽt: veritus ne iterũ id phantaſma ſolus intueretur.

¶ De. M. Bruto.

N   Ec minꝰ terrificũ obtulit ſeſe. M. Bruto vidẽdum malus eius Genius. ſub id tempus quo ille erat ex Aſia in Octauiũ: ⁊ Antoniũ moturus: quũ curarũ plenus ad modicũ lumen lucerne

lucubraret:ſenſit ad ſe quendã ingredientẽ. extulit oculos ille vt ſi quis ſuorũ eſſet: agnoſceret ad quod veniret. tũ ei viſa eſt terribilis: et monſtroſa effigies fieri corporis cum ſilentio aſtare. hic Brutus multo audacior quam Dion interrogare auſus quis hominũ aut deorũ eſſet: & quid ſibi vellet? tum ille ſubmurmurãs: ſum inquit tuus malus Genius Brute in Philippis me videbis. videbo reſpondit hõ vere Romanus: atque vbi vmbra illa euanuit ſuos ſciſcitatus eſt Brutus: an quiſque obſeruatus eſſet ad ſe veniẽs? comperitque neque a deuntẽ quẽque ab vllũ viſum: neque egredientẽ. que res aurit egri alioqui animi ſollicitudinẽ: vt talis timeret belli exitus qualis eſt poſtea ſecutus. ¶ De Cornelio Sylla.

Cornelius Sylla nõ multo prius quam vita deceſſit: imaginatus eſt ſe quẽdam videre: ab eoque vocari. qua imagine auguratus inſtare ſibi facile tẽpus: teſtamentũ cõfeſtim cõſcripſit: ac ſequẽti nocte febri correptus: breui vita defunctus eſt.

¶ De Caſſio Parmenſi.

P Ari phantaſmate perculſus eſt & Caſſius Parmẽſis: ac neſcio an aliquãto etiam atrociore ſub id tẽpus quo Auguſti iuſſu interfectus eſt feda diraque demonis ſpecies illi per noctẽ obſeruata eſt: quo viſu ſatis admoneri credidit infeliciſſimi exitus vite: qui breui poſt ſecutus eſt. ¶ De Philoſopho quodam.

Illud (ut ſciam) cõſtantius tulit terriculamẽta hec: quam philoſophus quidam Athenis: qui ſolus pernoctare auſus eſt in ea domo: cuius erat cultus deſertus: quoniã huiuſmodi eſſet laruarũ ambagibus obnoxia. ſenſit ille ad altam noctẽ ſtrepitũ cathenarũ: ac ſedam terrãque imaginẽ ad ſe venientẽ. nihil expauit. quin nutu admonitus abeuntẽ intrepide ſecutus eſt: quoad in artiũ domus ſit ventũ. hic viſa eſt vmbra illa euaneſcere: poſtridieque ibi loci cadauer eſt refoſſum: legitimeque ſepultũ. per que perpetua ſecuritas eſt ipſis edibus parta.

¶ De Ciceronis Nutrice.

P Hantaſma quod Marci Tullij nutrici obtigit: quali fuerit aſpectu non traditur. ſatis cõſtat mulierculã ab eo didiciſſe reip. a ſe puerũ nutriri. ſeruauit Cicero rem publicã volens: imprudens perijt.

¶ De Fraude: & prauis cõſilijs que in auctorum capita redũdarũt. Cap. iiij.

Sapienter et vere videtur Heſiodus dixiſſe: Malũ cõſilium rem peſſimã eſſe cõſulenti ſiue cum caſu fuerit: ſiue potius numinis permiſſu ſepe (quod ſatis conſtat) experientia docuit: mula conſilia in auctoris pernicie vertiſſe: et vnde fraus profecta eſt: illuc ſit cum damno reuerſa ¶ De Protoplaſto: & Cacodemone.

Vicit malus demon hominẽ in ligno: eſt & ipſe in ligno ab homine victus. Ceterũ prior victoria fraudi fuit. que longo eſt interuallo ſecuta: virtutis et ſapientie.

¶ De Amane.

E Rat Amanis auctoritas apud Artaxerxẽ non parui ponderis. perpulit is regem vt vno die iuſſerit omnes Hebraici nominis ſuo regno interfici. ipſe ingẽtem crucẽ Mardocheo in

daici ſanguinis fabrefecit.erat is non ignotus regi ob Heſterem fratris
filiam in pellicatū ab eo receptā. imminebat manifeſtū iudeis exitiū quū
paucıſſimarū ſpatio rex Heſteres precib⁹ mutatus:nō ſolum edictum re
uocauit:ſed Amanem conſilij auctorē cruci affixit:quam ille Mardocheo
noiatim parauerat. ¶ De Daniele ⁊ leonibus.

Epercerūt leones Danieli in caueam deiecto:eos ſede laniarūt:
P quos erat puer innocens beſtijs expoſitus.

¶ De Suſanne accuſatoribus.

Ari exemplo vindicata eſt a calūnia Suſanne pudicia. ſenex
P qui capitalē noxam inſonti aſtruxerāt ſui ſceleris cōuicti:in ſe
capitale ſupplicium vertere. ¶ De Roſimunda.

Upſit Roſimūda:que fuit Alboini Lāgobardorꝫ regis vxor: poſt
N viri cedem cuius ipſa fuit cōſcia Helmechildi iuueni eius genti no
biliſſimo:conataqꝫ eſt illi regnum abſtruere. ceterꝫ ſua ſpe decepta ex Ue
rona Rauennā ſecūdo Atheſi aufugit cum regia gaza:⁊ nouo ſpōſo: hic
illa a Longini Exarchi cōnubio pellecta: venenu priori ſponſo miſcuit:
obtulitqꝫ ex balneis egreſſo. ſenſit ille cōfeſtim receptā peſtē toto poculo
nōdum e poto.placideqꝫ in cōiugem cōuerſus: tu inquit qđ reliquū eſt bi
be.negat illa ſe potu egere:ac quo acrius recuſare: eo iuuenis impenſius
id poſcere:⁊ iam minas hortatib⁹ miſcere ac ferrū intētare. tum illa me
tu ſubacta:et ſi veneni cōſcia hauſit tamē:atqꝫ vna cum eo extincta eſt.

¶ De Romilda.

Imili leuitate:ſed euentu fediore Romilda: que fuit Siſulphi
S Forouilienſiū ducis:periclitata eſt. prodidit hec Julium oppi
dum cū liberis ⁊ fortunis omībus Cācano Bauarū regi:quem
ſemel intuita pdite amare ceperat. pollicitus erat:vbi in vrbem
reciperet:Bauarus illi nuptias. Ceterū ne fidem pdere videretur noctē
vnam habuit Romildā pro legittima cōiuge. inde robuſtiſſimis militib⁹
aſſiduo cōgreſſu vexandā tradidit:vexatamqꝫ ⁊ male affectā palo affixit.

¶ De Campilo:⁊ Paſchale primicerio.

Edit Carolus Gallorū rex in Barione Baſilica Leonis ter
S tij cauſam cogniturus: quē Campilus ⁊ Paſchalis Primi
cerius pulſatū in vincula cōiecerant. cōgerere duo illi multa
in pōtificem crimina ad leuādam ſui ſceleris inuidiā. placuit
populū qui circūfuſus ſtabat rogare quid de pontifice ſtatuē
dum cenſeret? reclamatū eſt non eſſe priuati cuiuſqꝫ de eo qui ſacrā tene
ret ſedem:iudicare: traditumqꝫ morē a maiorib⁹ vt pontifex a nullo pre
terqꝫ a ſeipſo iudicaret.qua voce rex ſui officij admonit⁹ cauſam amplia
uit.ac mox paulo dānauit capite accuſatores.ſed pōtificis rogatu capita
lis illis remiſſa eſt pena.amboqꝫ in Galliā relegati. ¶ De Jo.ſeptimo.

Lluſit Jo.ſeptimus apoſtolice ſedi verius qꝫ clero. qui quū mu
I lier natura eſſet:ſexum mentita pōtificiā dignitatē inuaſit.ſed fe
dus ille luſus ⁊ fraus omīs in eum cōuerſa eſt. etenim domeſtici
hominis familiariſſimiqꝫ cōcubitu pregnans facta:quū forte La
teranēſem Baſilicā inuiſeret inter Amphitreatū ⁊ Clemātis edem dolo
ribus ſubito obortꝭ repēte partu ſoluta eſt:medioqꝫ nixu extincta. tenuit

mos ꝛ hodie durat vt pontifices ibi loci vitam deflectant tam ſede rei admonitu.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Diomede.

Apponebat ſuos equalibus hoſpites laniãdos Diomedes rex Thracie. eſt ꝛ ipſe ab Hercule (ſi vera ſunt q̄ Tragici ſcribunt) illis laniatui datus: ꝛ ſuppliciū quod in alios fuerat cōmētus: multo iuſtius ipſe eſt demū expertus. ¶ De Perillo Athenienſi.

Am me Hercule nec minus merito Perillus Athenienſis ſuo piclitatꝰ eſt inuēto qui execrabilē illam machinā ex ere fabrefecit: vt tyranni aures delectaret hūano cruciatu. ſed tante diritatis vltio breui ſecuta eſt: primus omniū ipſe tauro īcluſus tam deteſtabile opus ſui imbuit ſupplicio. ¶ De Camillo.

Oppugnabat Furius Camillus Phaliſcos: trahebaturq̄ bellum: quū oppidanoꝝ virtute: tum loci natura que erat munitiſſima. interea ludi magiſter ꝑ ſpeciē deambulatiōis traxit principū filios in Romana caſtra ipſi duci gratificaturꝰ: attulit ſecum ꝓditoꝛ certā ſpem victoꝛie. nulli dubiū erat quin parētes charitate filioꝝ ſuis auctoꝛes eſſent ciuibꝰ deditiōis faciūde: ſed tm̄ abfuit vt Romanꝰ eo modo vincere voluerit: vt proditoꝛē aduerſatus: qui id ꝑſuaſum habuiſſet Romanos dolo ꝛ aſtu potiuſq̄ virtute bellare: vinctū nudatūq̄ terga adoleſcētibus dederit in vrbem verberibꝰ agendū. mouit Romani ducis virtus Phaliſcos: ꝛ qui nuꝑ oīa pati maluiſſent q̄ aſſidentibꝰ cedere: volūtaria deditione ceſſere. ¶ De Appio Decemuiro.

Solebat Appius Claudius Decemuir carcerē: qui vnus in vrbe fuit: Romane plebis domiciliū vocare. ſed ipſe in oꝛdinem redactus Tribuniq̄ plebis iuſſu in eum locū coniectus: inter ſicarios ꝛ latrones infeliciter expirauit.

¶ De Tarento a Ro. recepto.

Potiti fuerant Peni in Italia belligerentes Tarento vrbe non vi bellica ſed ꝓditione. eſtq̄ a Romanis id oppidū pari opa receptum. vnde vox illa Annibalis: eadem arte qua cepimus: Tarentū amiſimus. ¶ De Antonio Triumuiro.

A Adijciatur nunc facetū exemplū Antonij triūuiri ꝛ Cleopatre ſolebat is Alexādrinis illecebris captus cū regina ſepius piſcari: habebatq̄ vrinatoꝛes paratos: qui occulte piſces viciſſim ipſius piſcātis hamo affigerent. admonuit frequēs captura reginā vane oſtentatiōis. quam vt maioꝛe quodā riſu eluderet premiſit qui fumoſum piſcē piſcanti appēderet: qui attractus ingentē ridendi materiā prebuit Cleopatre ꝛ legatis qui aderāt. erubuit Antonius ſuis eluſus artibꝰ. ad quem Cleopatra: Alexandrinoꝝ eſt (inquit) Antoni impatoꝛ fortiſſime piſcari: tuum bellando vincere.

¶ De Improuiſis cladibus. Capitulum. v.

Q Uo minus gnara eſt mens hominis futuroꝝ eo in ſubitis: et inopinis caſibus grauiꝰ afficit: preſertim ſi que preter opinionem eueniūt īfelicia ꝛ calamitoſa fuerint. hic ex ſubita cōſternatiōe feſtinate moꝛtes: ꝛ vita ſepiꝰ laqueo: ferro: veneno vio

lenter abꝛupta: vt in nulla re mens minus ſibi cõſtetqꝫ in ſubitis caſibus: ⁊ clade aliqua inopinata: que quo maioꝛ eſt: eo minus tolerabiliꝰ eſtimatione: et eoꝛũ preſertim qui damno afficiunt.

¶ De Helio ſacerdote.

TAlis ⁊ tam impotẽs affectꝰ Helium ſacerdotẽ precipitauit: qui cladis teterrime Philiſteo bello accepte nũcio cõſternatus: audita triginta miliũ Judeoꝛũ ⁊ duoꝝ qui in ea acie ſteterãt filioꝝ cede: e ſolio preceps datus moꝛte obijt. ꝙ ſi tantꝰ doloꝛ preuideri potuiſſet: fuiſſet illi haud dubie talis nũcius luctuoſus: ſꝫ toleratur facilioꝛ.

¶ De Pharaone ⁊ eius exercitu.

Ec res minus ſubita fuit ſed magis calamitoſa ꝙ momẽto tẽ
N poꝛis immẽſus Pharaonis exercitꝰ cũ ipſo rege inter Troglodyticem: et Arabiã medijs eſt fluctibus miraculoſe obꝛutus. enimuero dum tanta vis hominũ alienũ querit exitium: ſibi peperit. cc. peditũ milia ⁊ equitum qͥnquaginta tum regi affuiſſe ſacris eſt litteris ꝓditum.

¶ De Altera Egyptioꝛum clade.

QUid ꝙ eiuſdem gentis pꝛimogeniti omẽs nocte vna ꝑcuſſi ſunt superne: grauis quidẽ iactura: nec magis grauis ꝗ̃ ſubita. cuiꝰ cauſam ſi Pharaonis animus altius indagaſſet: nunqꝫ tam dirum ſibi ⁊ ſuis peperiſſet exitium.

¶ De Senacheribe Aſſirie rege.

EXtoꝛſit Senacheri Aſſyrioꝝ rex ingens auri et argẽti pondus tributi nomine Ezechie Judeoꝝ regi iureiurando interpoſito foꝛe vt auro appenſo cõfeſtim Hieroſolyma obſidione ſolueret. ſed impius rex ceu ſibi non hoſti iuratus eſſet: ex ſua ſentẽtia religionẽ interpꝛetatꝰ: ipſe cum parte vna copiarũ digreſſus: in alias poꝛro gentes cõuertit bellum: parte tamẽ exercitꝰ multo maxima ad obſidionẽ relicta: tanqꝫ multũ referret per ſe an ꝑ alium ſuis armis hoſtis premeret. eſtqꝫ ſcelus id expiatum memoꝛabili Aſſyrioꝝ cede: centũ octoginta quinqꝫ milibus hominũ nocte vna peſtilẽtia cõſumptis.

¶ De Vallia Gothoꝛum rege.

Ranſmittebat Vallia Gotaoꝛũ rex exercitũ ingentẽ ex Be
T tica in Aphꝛicam terrã ipſam bello iuaſurus: eratqꝫ numeroſa claſſis ad id cõparata: que Gaditano freto ſubita tẽpeſtate diſiecta fluctibuſqꝫ obꝛuta: tantã vim hominũ ſecum aſſumpſit: vt Siculi naufragij quod in pꝛimi belli Punici tẽpoꝛa incidit. memoriam renouarit.

¶ De Conſtantino Jmperatoꝛe.

COnſtantinus vnus ex Conſtãtini magni ſucceſſoꝛibꝰ qui Bizantij imperauit: duo milia nauiũ vno naufragio amiſit. dignus qui ante imperiũ vitam amiſiſſet: ob animi impietatẽ: quã in Leone patre eſt pꝛeter cetera imitatus.

¶ De Ethnicis exemplis. Et pꝛimum.

¶ De Cambyſis exercitu.

Xperte ſunt ⁊ cetere gentes huiuſmodi caſus. nam non magis
E ſubita fuit ꝗ̃ grauis: ⁊ calamitoſa iactura illa: cũ. l. milia militum a Cambyſe rege in Hãnonios miſſa vbi medijs arenis pranſuri accubuiſſent: oꝛta tẽpeſtate: arenarũ cumulis obꝛuti

momento temporis perierunt. ¶ De Clade alia eiuſdem gentis.

Ecidit alia maior eiuſdem gentis clades non vulgaris: ſed in recentiora tempora: quum Mardonij ductu bellū Grecie Xerxes intulit. ccc. nauibus circa Athon montem ſubmerſis ꝛ in his.xx.milibus ſubita tempeſtate obrutis.

¶ De Siculo Naufragio.

N Ullius caſus cladiſue memoria atrocior: ac ꝓinde minus debilis ꝙ Siculi naufragij quod in decimum annum incidit ꝑmi belli Punici. M. Emylio ꝛ Fuluio nobiliore Coſſ. qui inter Canis: ꝛ Orionis ſigna in ꝑtuoſam Sicilie oram legētes: ſubita tēpeſtate.ccc.octoginta quattuor naues amiſere. iacuit littus inſtratum cadaueribus ꝛ naufragijs: vt nulla hominū mēoria maior credat̄ iactura in mari accepta.

¶ De Clade Amphitheatrali.

Minor clades: ſed nō minus ſubita Latialis illa Fidenis accepta Tiberio principe: quū gladiatorio munere vicena ꝛ amplius milia hominū Amphitheatri ruina periere.

¶ De Tartarorum clade.

Atonus Armenius auctor eſt Barcham Tartarū genere eius Barchi filiū qui in Auſtria traiectu fluminis perijt: cū Naalone eiuſdē gentis rege: ꝛ cōſanguineo ſuo de ſumma rei hoſtiliter cōgreſſum in alueo fluminis glacie concreto (ſuſpicari libet id Hiſtrum fuiſſe) medio pugne ardore vulgarū pulſu glabie diſtracta triginta Barbaroꝝ milia vorticibꝰ abſorpta.

¶ De Turcoꝝ Clade.

His paucis annis quibꝰ hec cōmentabamur circa eūdem Hiſtrū: ſi Hiſtrū Atonus ſignauit (nā nomē diſerte nō poſuit) par Turcorū numerus neſcio an aliquāto etiam maior eſt frigore cōſumptus: quū amnis alioqui violētus magna ex parte cōcretus glacie: neq̧ nauigabilē ſe: neq̧ pedibus vadabilē ex hoſtico redeūtibus prebuiſſet.

¶ De Solertia Mūni. Capitulū.vj.

Multa quidē ꝛ magna ingenio fiunt: que neq̧ vires corporis: neq̧ conatus queat vllus cōficere. hinc certe eſt: ꝙ ſepe multi a paucis victi ſunt remolituſq̧ eſt opifex vnus aliquādo pōdera que multa hominū milia nequere. tota vita magis ingenio cōſtat: ꝙ viribus fuit. haud dubie fortior Aiax ꝙ Vlixes. ceterū quia ſolers hic idcirco ꝛ vtilior habitus Grecis ad Troiam ſedētibus: maiorēq̧ ex eo bello laudē reportauit.

¶ De Moſe.

Solertis ꝛ longe in futurum ꝓſpicientis fuit genij: ꝙ Moſes in Ethiopiam Egyptiacū ducturus exercitū. per infeſta ſerpentibus loca: vt eam moleſtiā declinaret magnā vim cōparauit ibidum: quia cōpertū haberet eam auē allatorū ſeruantū agmina debellare.

¶ De Samſone.

A: Ffecturus Samſon Philiſteos: quos infenſe oderat clade aliqua ſubita: ꝛ inopinata: et que vniuerſam gentem attingeret: eſſetq̧ interim omnis alieni auxilij expers: rem com-

mētus eſt ſpecie ridiculam: ſed euētu hoſti calamitoſam. eniuero multas numero venatus vulpes. in Philiſteorū agros matureſcētibus iam ſegetibus immiſit igni ad caudā appenſo. quarū ancipiti fuga adeo flāma diffuſa: vt vniuerſa hoſtium regio vno tēpore cum ſegetibus deflagrarit.

¶ De Gabaonitis.

N ec Gabaonite iertes: qui vt ab Hebreis in fedus reciperent. vt ꝙ remotiſſimi eſſe putarent et a Chananeorum ratiōibus diſcreti: multorū dierum iter non vno affinxerūt argumēto: trita calceamēta habētes: mucidi panis fruſta: ꝛ vapidum in vtribus vinū. ſed ꝙ feliciter ceſſit id cōſiliū (nam in fedus recepti ſunt) tam fede poſtea ſugillati fraude cognita. nam ꝓ socijs liꝫe: pro federatꝭ ſunt calones habiti.

¶ De Iſraele.

Poſſit maternis artibus imputari ſolers illud Iſraelis cōmentum: qui Eſau fratrē īmentitus manus hedullina pelle obductas: obtulit patri quibꝰ primū hereditatis decus tulit. Nꝭ vero Labanis ſoceri pecus verſicoloribꝰ virgis interuertit: aſtus fuit ꝛ verſutie hoī ingenite. que adeo inſigniter vni obtigit: vt nomē etiam ex re ſit adeptus.

¶ De Franciſco Barbaro.

Sunt ꝛ hec que ſequūtur noſtratia: verum multo recētiora. quum Brixia vrbs nobilis Vicecomitū armis graui obſidiōe teneretur: ventūq; eſſet ad inopiam rerū omniū: premereturq; defeſſa ciuitas cum ſuo preſidio: fame iternecina ꝛ exitiali: Frāciſcus Barbarus prefectꝰ vrbis multos harena onuſtos ſepe in vrbem induxit: porra hoſtibꝰ auerſa: vt ſpeciē multitudini exhiberet leuāde famis nouo rei frumētarie inuectu. que ludificatio fecit vt pſeueratū ſit intollerāda obſidione: quoad breui poſt verū affuit a Venetis ſubſidiū cum cōmeatu.

¶ De Nicolao Picinino.

N icolaus Picininus cuiꝰ ductu tū Brixia tam arcta obſidione fatigata eſt: haud multo poſt prelio victꝰ a Frāciſco Sfortia qui tū Venetū merebat ſtipendiū: cōpulſuſq; ex acie in proximu oppidū haud ꝓcul a lacu Benaco: veritus ne oppidanorū ꝓditione hoſtibus dederet: quum puſilla eſſet ſtatura a gregario milite ſacco obuolutꝰ: ꝑ ſpeciē prede inde aſportāde in tutū ſe deferri iuſſit.

¶ De Alexandro ſexto pontifice maximo.

Quid Alexāder ſextus an non mēorabili exēplo ludificatus eſt Carolū octauū cuius cōgreſſum quū ex cōfeſſo horreret: ꝛ rex iam ꝓximus vehemētius poſtularet vt ſecum de ſūma rei in colloquiū veniret: appareretq; vix tuto id negari poſſe: quū iam ꝓpemodū cogi poſſet: benigne ſe iturū reſpondit pōtifex: ceu nihil id grauate facturus. caduceatore iñ regio a ſe dimiſſo diuerſū iter ingreſſus irreqeto curſu ex vrbe veteri Peruſiā cōtendit: eo ꝯſilio vt ſi rex e veſtigio ſecutꝰ eſſet inde Anconē peteret: mox Venetias trāſmiſſurꝰ. ¶ De Cōſaluo magno Agidario.

M agnā ꝛ eam animi ſolertiā fuiſſe neceſſe eſt ꝙ vſus Cōſaluus Agidarius Barulana obſidione a Gallis preſſus non modo eos repulit. ſed demū ꝛ vicit. Incluſerant Conſaluum Galli

intra Barulũ qui ingẽtibus copijs aſſidebant. tenuit ſeptem menſes obſi
dio. cum Hiſpan⁹ miles infeſſis om̃ibus locis vñ cõmeatus inuehi in op=
pidũ poſſent: ne a muribus quidẽ ⁊ herbarũ omni gñe abſtineret in hac tẽ
porũ difficultate nihil nõ excogitatũ ab illo eſt quo militũ aĩos placaret.
nũc enim monẽdo: nunc hortãdo: ſepe ſeſe gregarijs inſerẽdo: ſepe ſpe vẽ
turi cõmeatus ⁊ ſubſidij ſolando adeo affecit: vt qui de eo necãdo cogita=
rent: mutata ſentẽtia in fide manſerint. Quo tpe conſtat illum diui Bene
dicti oraculo victoriã ſperare monitũ: ex quo mox ille victoria poti⁹ eius
familie Caſſinatẽ ſaltum cũ vetuſtiſſimo Cenobio reſtituendũ curauit.

¶ De Ethnicis exemplis. Et primũ.

¶ De Arpago.

ARpagus cui Aſtyages Medorũ rex filium epulãdum appo=
ſuit: occulte Cyru per literas moniturus vt Medos bello in
uaderet: litteras quib⁹ iuuenẽ accerſebat: lepori exenterato i=
ſeruit. quẽ nũcius ad Cyrum detulit. nec Arpagi ſolertia irri=
ta. nam ⁊ littere tuto in Perſidem plate ſunt ⁊ Cyrus bello il=
lato Medorum imperio potitus eſt.

¶ De Hiſtieo Mileſio.

HIſticus Mileſius Ariſtagorã ciuem ſuũ ad bellum cõpulſurus
ex Perſide ſeruũ miſit: cui capiti abraſo inſcripſit que ab Ari=
ſtagora fieri vellet: eſq́ apud ſe tam diu nũcium remoratus: do
nec capillus altiuſcule renat⁹ ſecreti conſilij notas abſcondit.

¶ De Hannibale Barchino.

NOn minori ſolertia Penus vt flaminiũ conſulẽ: qui in Hetru
ria erat improuiſo acceſſu opprimeret: per ſtagnãtia Arni lo=
ca tres dies ac totidem noctes peruigil egit exercitũ: irrupitq́
repente in hoſtem terrã tanta hoſtiũ cõſternatiõe vt non ma=
gis Cortonẽſis ſaltus: ⁊ Traſimeni obices iuuerint Punicã victoriã: q̃
vis ea parte illata qua minime expectabat.

¶ De Aphricano maiore.

REpendit maior Aphricanus Traſimenã cladem Carthaginenſi
bus in Aphrica: quũ res hoſtium p legatos: qui citro vltroq́ in=
duciarũ pretextu mittebant: ſpeculat⁹ nocte vna bina hoſtiũ ca=
ſtra incendit: incenſa expugnauit: duoſq́ validiſſimos deleuit
exercitus.

¶ De Semiramide.

QUid Semiramis an adiacẽtis animi aut ignaui fuit? que maiore
Nino vita defuncto: quia filij etas nõdũ matura eſſet regno: illi⁹ p
ſona diu mẽtita tanta indole imperiũ rexit: vt regnum breui tẽpore cõſti=
tutũ: ⁊ ob eam rem minus ſtabile ita opib⁹ ⁊ autoritate auxerit: vt p mul=
tas inde etates ignauiter alioq́ adminiſtratũ: in ſuo tñ manſerit veſtigio.

¶ De Oriſgontis Gallorum Reguli vxore.

SOlers ⁊ Oriſgontis Gallorũ reguli vxor non minus dico q̃
pulchra. que quũ omniũ ſue gentis pulcherrima captiua aſſer=
uabat in Ancyra vrbe a Ro. Centuriõe cum multis milib⁹ ſui
ſexus. Ceterũ inſignis forma fecit vt centuriõis libidini pre=
ter alias fuerit obnoxia: paſſaq́ ab eo ſtuprũ magis arte vim
ſibi allatam vlta eſt. occulte enim pacta ingens auri põdus pro ſe redimẽ
da: Cẽturionẽ noctu extra vrbem in ſecretũ ptraxit ſpe auri potiundi q̃
ſerui a coniuge ex cõpoſito miſſi eo attuliſſent. hic illa ſuos Gallica affat

lingua:hoſtemq; iubet obtrūcari:opprimitur vnus a pluribꝰ. iacenti ca-
put mulier adimit:ademptū ad Ouſgontem defert.fatetur illa ſe paſſam
fuiſſe vim ab hoſte: ſed voluntate a flagitio abfuiſſe.id argumento eſſe:ꝙ
prius ꝙ̄ ad maritū venerit:id probrum fortiter vindicaſſet.

De Fame memorabili. Capitulū.vij.

SEdet fames inter tetra:et dira mōſtra in veſtibulo inferni:
vt vates ſummus ingenioſe fabulaẜ.eſtq; peſtis hec omniū
que inibi ſunt teterrima:et ad omne ſcelus ſuadendū effica
ciſſima.ex nullo maloꝝ fonte fediora manarut exempla. fi
liorū cedes:⁊ infande epule hinc ſunt.hinc precipitationes
aliꝗꝫ feſtinate mortes:⁊ quod omniū atrociſſimū eſt: rep-
ti ſunt qui ſeipſos laniarūt: quādo obſcenos morſus in alios vertere non
potuerunt.

De Samaritana fame.

HOc certe fuit ꝙ Boda Syrie rege Ioram in Judea obſidēte:ma
tres inedia adacte filios necauere:traxerūtq; vitam illoꝝ viſce
ribus:qui omni vita eſſe ſolent parētibus chariores.

De precio aſinini capitis.

SOrtita eſt eadem illa obſidio aliud nefariū exēplū:et ſi nō eiuſ
modi diritatꝭ:inedie tamē miſerabilis. venijt aſini caput octo
genis nūmis argenteis: quāti fortaſſe nemo meliori tēpore ad
duci potuiſſet:vt eo porciunculam guſtaret.

De Hieroſolymitana fame.

REcentior memoria eſt Hieroſolymitani excidij.quo tēpore quū
Judei arctius a Romanis obſiderenẜ:repta ſunt a militibꝰ om-
nia ob inediam diſcūbentibꝰ: in priuata muliercule domo pueri
lia mēbra:quibus infelix mater occulte veſcebatur.

De Italica fame.

TUlit ⁊ Italia Gothicis tēporibus in actiſſima frugum inopia
exemplū huic ſimile:vt Darius Mediolanēſis antiſtes ꝓdidit:
cui i litteras mittere fuit cure ſue dioceſeos feminā obſcuri no
minis:inedia ſubactā filij a ſe interfecti carnas ꝟoitaſſe.

De Fame Mediolanenſium.

QUum Franciſcus Sfortie filius patrū memoria Mediolanū
obſideret: adeo eſt arcta annona ciuibus laboratū: vt proditū
ſit memorie:tritici modiū vicenis aureis nūmis venijſſe.

De Fame quorūdam Italorum.

EO anno quo hec ꝑdebamus:in nōnullis Flaminie regiōis ⁊ Pi-
ceni agri locis:tāta ei frumētarie caritas incidit: in magno Ita
lie motu:vt agreſte ⁊ inops vulgus vltimū remediū inuenerit in
arborū radicibus et herbis arefactis tuſiſq; ⁊ in panis ſpeciem
ſubactis.

De Fame Barulana.

VErum hanc celi intēperies Flaminie Piceniq; peperit:illam
in diuerſa Italie parte bella facere.obſeſſo enim a Gallis Cō-
ſaluo Adigario intra Barulū (eſt id Appulie celebre ſatis op
pidum tam ingenti fame laboratū conſtat: vt miles detractas
ſcutis pelles emollitas aqua manduerit:nec ab herbis radicumq; alio ge-

nere abſtinuerit. ¶ De Ethnicis exemplis. Et primum.

¶ De Athenienſium fame.

SEnſerunt ⁊ Athene aliqñ portētoſam famē:atq; oī euo memo
rabilē. Sylla qui poſtea Rome dictator fuit eam vrbem obſi=
dentē emit miſera ciuitas medimnū tritici mille dragmis: vul
go ⁊ omni ignobili multitudine graminibꝰ circa vrbem naſcē
tibus et calceis coctis auidius veſcente. venijt in eadem vrbe
ccc.dragmis tritici modius:Demetrio Antigoni res atticas grauiter af
fligente. ſed fames hec tolerabilior ac breuior priore. ¶ De Petelinis.

INciderūt Petelini in id diſcrimē in Italia dum ſuam Ro.po.fi
dem pre ceteris Brutijs aduerſus Penos ꝓbare cōtendūt hi lō
ga obſidione fatigati coria ex ſcutis detraxere. vt quoquo modo
poſſent:inde ſibi victum quererent. ¶ De Caſilina fame.

PEnis Ro.preſidiū ad Caſilinum obſidentibus: sorex trecentis
eſt argenteis nummis emptus: inuidioſo precio: ſed auctione
magis inuidioſa. quippe que vitam emptori tribuit. ademit in
ſtitori. ¶ De fame Ro.

ADijciatur his vnum Ro.po.exēplum non vulgate. quod verū
eſſe demonſtrat. nihil mentitū fuiſſe eum qui ſcripſit ieiunā ple
bem nihil preter famē timere. Enimuero inſigni quadā anno=
ne caritate:po.Ro.tametſi ſub tyrāno verius ꝙ̄ principe cōſti
tutus:fame tamē vrgente Claudiū imperatorē clamore ⁊ cōui
cio in publico exceptū fragminibꝰ panis ita inſtrauit: vt fugienti ſimilis
per poſticū ſeſe in palacium receperit.

¶ De ijs qui in artibus:aut diſciplinis preſtantiſſimi fuere. Cap.viij.

¶ De Thalete Mileſio.

PUlchrū eſt in omni artiū ⁊ ſtudiorū gñe excellere:et qr pul=
chrū ⁊ optabile:idcirco natura homo deſiderat ceteris om
nibus in ſuo ordine preſtare. quo eni altiora ſunt ingenia:
eo magis laude efferunt:acriuſq; nitunt in arduum laudis
cupiditate. Hinc (vt credere equū eſt) preclarus ille in qui=
buſdā ꝓfectus:qui eo venerint vt aliquid ſupra hominē ſa=
pere crederent. Qualis Thales ille Mileſius (nam in his nulla fere no=
ſtroꝝ ſunt hominū exempla) qui multo prius ſolis defectū: qui ſub Alia=
the rege fuit:et maiore quodā miraculo in ſex centum annos ſolis ⁊ lune
curſum precinuit. ¶ De Hipparco.

HIpparchus (nam hec diſciplinarū exempla multo recentiora
ſunt ꝙ̄ vt ad originē mundi referri poſſint: aut ad tēpora ori=
ginibus proxima) haud alio modo ꝙ̄ conſiliorū nature parti=
ceps:menſes gentiū dieſq; ⁊ horas ac locoꝝ ſitus eſt euo teſte
ſcientiſſime complexus. Idem manifeſto argumēto cognatio
nis hominū cum ſyderibus:ſtellam ſuo euo genitam in celo deprehendit.
rem ad id auſus propemodū ipſis celeſtibꝰ improbam:ſtellas ⁊ om̄is celi
ſidera poſteris numerare. ¶ De Anaxagora Clazomenio.

MAgnū hoc:ſed Clazomenij Anaxagore illud adhuc maius:qui cele
ſtium litterarū ſciētia predixit quibꝰ diebus ſaxum eſſet e celo caſu

rum. nec predictio caruit euentu. lapis vehiculi magnitudine: colore adu-
ſto interdiu decidit ad Aegos fiume: quem ſit poſteritas miraculi loco vi
ſere ſolita.

¶ De Anaximãdro.

Fuit ⁊ in Anaximandro Mileſio diuinitas quedã. a quo Lace-
demonij premoniti ſunt: vt vrbē ⁊ tecta cuſtodirent: quãdo mo
tus ingens terre inſtaret. eſtq; non multo poſt pars Taygeti
montis magno telluris tremore: in ſubiectã vrbem prouoluta:
attulitq; Spartiatis tectorũ: ⁊ hominũ cladem ſupra modum
calamitoſam. ſed multo maiorē allatura: ſi res non antea puiſa fuiſſet.

¶ De Beroſo.

Reddidit ⁊ Beroſo Attica ciuitas magnũ Aſtronomice ſcien
tie teſtimoniũ: cui ſtatuam in gymnaſio poſuit iaurata lingua
ob certiſſimũ euentũ eorum que predixerat. pulchrũ virtutis
premiũ: quia nobiliſſima id dedit ciuitas: verũ quia eadē ⁊ ſa-
pientiſſima: multo adhuc pulchrius.

¶ De Hypocrate.

Magna Athenarũ auctoritas: ſed totius Grecie multo maior:
que Hippocrati medice artis ſcētiſſimo: qui venientē ab Illy
rijs peſtem pdixit dimiſitq; circa vrbes diſcipulos qui immu
ni ſe malo occurrerēt: honores quos ⁊ oli Herculi decreuit.

¶ De Aſclepiade Pruſienſi.

Quid homo mai⁹ preſtare homini potuiſſet: quid maiore admi-
ratione dignũ q̃ quod Aſclepiades Pruſienſis dedit? deplo-
ratum ⁊ pro extincto iacentez homine e funere vite reddidit. ſz
maior adhuc in eo quod dicam apparuit: q cum fortuna ſpon-
ſorem fecerit ne medicus crederet: ſi vnq̃ inualidus vllo mo
do fuiſſet. eſtq; voti compos factus: ſubito ſcalarũ lapſu ſuprema ſenecta
exanimatus.

¶ De Archimede Syracuſano.

Quid Archimedes Syracuſanus: quanta in eo machinarie ſciē-
tie facultas? honuſtam nauim ſolus remolitus eſt: traxitq; quo
voluit: quum ingens vis mortalium ne mouere quidem ſuo qui-
uiſſet loco. quid q ingenio cõfiſus: teſtari auſus eſt: ſi alterũ ter-
re globum fuiſſet adeptus: vtrumq; ſe alteri fuiſſe applicaturum? acceſſit
laudis cumulo Marcelli ducis fortiſſimi iudicium: qui Syracuſis captis
vetuit Archimedem violari.

¶ De Archyta Tarentino.

Est ⁊ Tarenti Archite nomen vel vno opere clarum: lignea co
lumba ab eo certa ratione compacta: que aerem ſemel ſortita
perpetuo volatu per ipſum inane: ſpiritu intus incluſo ageba-
tur: niſi ſolidum aliquod offendiſſet corpus.

¶ De Orpheo.

Quod cantu Orpheus feras ⁊ volucres traxerit a natura non
abhorret. nam ⁊ cerui paſtorali fiſtula mulcentur. ⁊ aues que-
dam cantu capiuntur. verum quia proximũ ſit fabule: tutius
eſt pterire.

¶ De Arione.

Mirum ſane quod de Arione proditum eſt memorie: exceptum hunc medio mari a Delphino ad concentũ lyre: per lõga equorum ſpacia in Tenarum Laconie incolumen delatum. aſtipulata eſt huic fame nõ tantum vetuſtas: ſed & ſtatua ex aere que ibi loci fuit monimentum rei geſte: Arion Delphino ſedens.

¶ De Timotheo.

Timotheus quum ad Alexandri menſam caneret: mutatis de induſtria modulis regem repete velut inſanũ ſtatuit in pedes: coegitq́ʒ ad arma proſilire: rurſus remittente cantu: continuo et regis remiſit affectus.

¶ De Pythagora ſiue Damone.

Cui vero notior ars nobiliſſima: q̃ Pythagore ſiue Damon ille potius fuit. a quo iuſſus Tibicen Spondeum canere: temulentam iuu. num manũ: que pudice domui immīnebat ab iniuria reuocauit.

¶ De Appolodoro Grammatico.

Amphyctiones ſanctiſſimũ Grecie conſilium honores Appolodoro Grammatico habuit. quod decus nulli (quod ſcientia) contingit in aliquo genere artis: niſi Hippocrates fuit: qui in peſtilentia auerruncanda fuit Grecie vtiliſſimus.

¶ De Alijs quibuſdam illuſtribus.

Sunt & alij alio tamen genere laudis: magnum nomẽ adepti. Cteſiphon Gnoſius Epheſie Diane templo miranda quadam arte extructo. Philon Athenis arma mentario mille nauium rapaci. Dinocrates qui Alixandriam in Egypto affabre metatꝰ eſt

¶ De tribus ſummis opificibus.

Tribuit Alixander ſuo edicto tribus diuerſarum artium principibus viris: preclarum laudis teſtimonium: ſuũ cuiq́ʒ in ſuo genere: quo vetuit ne ſi quis alius pingeret q̃ Appelles: q̃ Lyſippus ex aere duceret: q̃ Pyrgoteles ſculperet.

¶ De M. Tullio: & Pericle Athen.

Marcus Tullius tantum dicendi facultate adeptus eſt: vt pro eloquentia eius ſit nomen receptũ. Tantum Pericles Athen vt fando fulgurare & tonitrua ciere ſit dictus.

¶ De Conſaluo Agidario magno.

Sed quantũ hi duo eloquẽtia celebres tantũ diſciplina militari noſtra tẽpeſtate Conſaluꝰ Agidarius excelluit. Galloſhic minores aliquãto copias ducens duplici prelio vicit Necmẽſem ducem qui regis vicem gerebat: interfecit. Neapolim his ademit: eos iterũ maiore apparatu regnum inuadẽtes ad Litim profligauit. Caieta expulit. Regnũq́ʒ id oẽ demu qđ Sicilie citra Pharum appellat Aragonie familie reſtituit.

¶ De mẽoria: & hũanoꝝ ſenſuũ praue ſtãtia. Ca. ix. ¶ De Anto. Rauen.

Sunt his memorie exẽpla ſubtexenda qua ſiu rationẽ nil deus dedit hoi ſanctius: nil vtilius: et ad eruditionẽ aptius. eſt hec theſaurus diſciplinarũ oim: artiũq́ʒ ſtudio & labore queſitarũ cuſtos fideliſſima: aliqđ certe vidit ſapiẽs poeta qui Muſarũ

memoriā dixit matrē nec min⁹ prudens: qui Lethen que huic cōtraria eſt: apud inferos ſtatuit: cōſtat id bonum nature beneficio: auget tamē et excolitur arte. in quo genere vnum exemplū et ſingulare vidit noſtra etas in Antonio Rauēnate: qui multa milia rerū ſtans pcipiebat animo: et eo quo accepta eſſent ordine: memoriter. ſed hec artificij ſunt non nature.

¶ De Mithridate Rege.

MAiore admiratiōe dignus Mithridates rex pōti: quo nullus regum diutius grauiuſq; exercuit Romana arma fertur his duabus ⁊ viginti diuerſi natiōibus quib⁹ imperabat: ſua cuiq; lingua ius dicere ſolitus ⁊ pro cōcione ſingulas ſine interprete affari.

¶ De Cyro rege: ⁊ L. Scipione.

c Cyrus rex qui immenſos ductauit exercitus: omībus militib⁹ nomen reddidit ſic. L. Scipio qd eque mirū videri poſſit. pop. Ro.

¶ De Cynea Pyrrhi regis Legato.

CYneas Pyrrhi regis legatus poſtridie ꝗ̄ Romam venerat: Senatum ⁊ equeſtrē ordinē proprio nomine ſalutauit.

¶ De Ceſare dictatore.

S Uperfuit ⁊ Ceſari Dictatori id bonum: qui ſcribere et legere vno tēpore dictareq; ⁊ audire ſit ſolitus. epiſtolas magni pōderis quaternas pariter dictabat: aut ſi non aliud egiſſet: ſeptenas.

¶ De Carmide.

CArmides in terra Grecia: que quis volumina exegiſſet: in bibliothecis legentis modo repreſentauit.

¶ De Memorie iactura.

CEterum quo res hec precioſior: eo magis iniurie obnoxia. nam preterq̄ ꝙ tentat interdū ſeipſam relinquere: ictus lapide quidā litteras prorſus oblitus eſt. alium tecto precipitatū matris ⁊ ꝓpinquoꝝ cepit obliuio. Meſſale Coruino oratori grauiter egroto: ſeruorū ⁊ ſui ipſius nomen excidit.

¶ De Viſu: Et primū de Iliade Homeri.

EXcedunt fidem exempla acerrimi viſus fuit Ilias Homeri in membrana tam cōciſe ⁊ minutim notata vt teſta nucis includeretur. Strabo quidā (id enim nomen reddidit illi. M. Varro) in Lilybeo Cicilie ꝓmontorio ſedens naues ex portu Carthaginis exeūtes numero predicabat: oculorū acie in centū. xxxv. milia paſſuum ꝓcul excurrente. fuit ⁊ Callicrates acerrimi viſus: qui formicas ⁊ alia minutata animalia in ebore ſculpſit: quorū partes quedā ab alijs cerni nequiuiſſent.

¶ De Auditu.

E St ⁊ ſua auditui fama. prelium quo Sybaris in Italia exciſa eſt: eodem die quo pugna illa cōmiſſa eſt: ab ijs audita eſt qui Olympia in Grecia ſpectabant.

¶ De Voce.

VOcaliſſimus omniū qui ad Troiam militarūt (ſi Homero credimus) Stentor: vt omniū qui cum Dario bellum Scithis intulerūt egyptius quidā qui ꝓcul ſtans Hyſtieum Mileſiū clamore vocans ad Danubij ripam reuocauit: que res ſaltem regi attulit: ⁊ regio exercitui Thraſibulus oēs Athenieſes voce ſuperauit:

vt Peſcenius niger Romanos qui adeo vocalis fuit vt quū in apto verba faceret ad mille paſſus vox eius audiretur.

¶ De celeritate.

ANiſtius Lacedemonius: et Philonides curſor alexandri mille die vno et ccc. ſtadia decurrerūt: qui ſtadioꝝ numerus cōficit milia paſſuum.clx. duo et amplius aliquid. Nec minus dignum admiratiōe: ꝙ Rome Fonteio et Vipſano Coſſ. puer nouem annorū a meridie ad Veſperū cōfecit octoginta milia paſſuum ꝑpetuo curſu. eſt et Tiberius Nero vigētibus de Druſo fratre grauiter egrotante nūcijs: tribus vehiculis ex vrbe in Germaniā feſtinans nocte d.ecꝗ.cc. milia paſſuum emenſus: quantū vix nullus ꝙ ꝓditū ſit quadrupedibꝰ t.:cit vnꝗ̄.

¶ De Robore humani corporis.

CEntigii quibuſdā ꝓdigiolum propemodū robur corporis vt ruſticello que Mercuculem appellatū ſcripſit Varro: qui mulu ſuus ſublime ſublatū ferebat. Traditanus ex gladiatorio Samnitū ludo hoſtem ex ꝓuocatione ſecum dimicantē vno digito vicit: ſuperatūꝗ ac corruptum in caſtra tranſtulit. Age tꝗ validus. C. Junius Valens fuerit: ex eo cenſeat: ꝙ currū culeis honuſtū dum per ocium exinaniret ſuſtinere ſolitus eſt. Idem carpenta vna manu comprehenſa obnixus cōtinebat immētis etiam contra nitētibus. is in pretorio Octauij Auguſti (ne res vetuſtior credat) militauit. Nemo ad hec corrigere potuit. C. Milonis Athlete digitum: quum teneret.

¶ De Agilitate corporis.

ROme ſub Ceſaribus inter ſpectacula populo exhibita ꝓductus eſt: qui per aduerſum parietē filis modo reptando ſcanderet: et qui fabrefactis ſibi alis altiuſcule a terra volans per aerē auis modo veheretur.

¶ De viribus corporis.

IN Maximino imperatore qui Alexandro Mammee filio ſucceſſit: tantū virium fuit vt equum pugno ꝑcuſſum nudaret dentibus: Tophaceos lapides frangeret digitis: diuidebat minuſculas arbores manibꝰ quapropter a multis Millo Athleta vocans eſt. equauit eius ſtatura octonos pedes et pollicem.

¶ De Edacitate et ingluuie hominum. Capitulum.x.

SEd non magis hic corpulētus: et validus ꝗ̄ edax: et potulētus. quippe qui quadragīta libras carnis vno die heſitabat. alij.lx. ſcribūt potabatꝗ vini amphorā adeo vberim ſudante corpore vt calice ſudor colligeret: impleueritꝗ vno die collectus ſudor tris ſeſtarios. edacior propemodū Albinus: qui quadātenus imperio potitus eſt in Gallia: centum perſica: denos pepones hoſtienſes: quingentas ficos paſſarias et.cccc. oſtrea vna deuorauit cena. Firmus Seleucius (quādo in portentoſam edacitatē ſua ſponte incidit ſtilus) Struchio camelū quo nullum volucre eſt maius vno die comedit. huius ductu Egyptus ab Aureliano ꝑncipe defecit. Idem Hippo potamos heſitauit. natauit impune inter Crocodillos: eius animalis adipe delibutus.

¶ De ſagittandi peritia. Capl'm.x.

Fuit in Domitiano principe ſagittandi peritia inſignis: vt pote qui inter digitorũ interualla expaſſe man⁹ pueri poſt parietem ſtantis ſine offenſa ſagittas emitteret: Maior iaculandi facultas in Cõmodo: qui Fauſtine fuit et Marci principis filius. qui centũ ictibus arena totidẽ ſtrauit leones tã validis viribus: vt Elephantẽ haſta: et Origis cornu transfigeret: vt plures feras interdũ vno cõficeret ictu adeo certa illi manus: vt quicq̃d oculo deſtinaſſet: iaculo et ſagitta contingeret. Gladiatores Retiarioſqꝫ circiter mille aut vicit aut occidit: trecenties ſexagies quinqꝫ viuo adhuc patre in id certamẽ deſcendit.

¶ De Andrea Agidario.

Non ſagittandi peritia in Andrea agidario: quãdo ſagittarum vſus Italie non admodum frequens: ſed tormẽto eneo vtendi: quem a ſonitu (vt arbitror) Sclopetũ appellant: cõmendari poteſt. nihil hic q̃uis exiguum dũmodo oculo cõſequi poſſit: non aſſequitur vt quam Domitian⁹ ꝛ Cõmodus impatores iaculãdo induſtriã oſtendere: hic facile preſtare tormento hoc valeat.

¶ De prodigioſo concubitu. Capitulum.vij.

Ceterum quãdo eo venimus vt promiſcue inſignia corporũ exempla ponerentur: adijciatur vnum: ꝛ ſi fedum relatu: ingenitum tamẽ corpori. Proculus Ceſar Albingaunus genere: ſua epiſtola teſtatus eſt ſe centũ virgines Sarmaticas bello captas q̃ndecim dieꝝ ſpatio ad vnam vitiaſſe: atqꝫ ex his decem nocte vna. ſed maior in Meſſalina: que Claudij fuit vxor: libido. que ancillam pſtituram ex puocatione quattuor ꝛ viginti ſuperauit cõcubitus. ſed monſtra hec vite: non exempla.

¶ De externis volũtatibus. Capitulũ.xiij.

Nil ſpe hominis incertius. in nulla re mortalitas ingenioſius ſeipſam decipit ꝛ traducit: eſtqꝫ id documento q̄ perq̃ paucorũ: ne nullius dicam extreme voluntates ſunt a reliqua vita non aliene aut certe aliqua ex parte diuerſe: aut ſi non diuerſe penitẽtie tamen indices: aut querelarũ plene: tanq̃ vita medio actu rerum abrupta. vt nemo fere ſit eorũ qui terrena curant: pendentqꝫ ex vulgi iudicio: qui non ſe aut citius extinctum malit: aut non diutius vixiſſe doleat. hic quia factum aliquid vellet: ille q̄ facti peniteat. ſolum qui iuſticiam ꝛ pietatem colunt: minus fortaſſe ſint huiuſmodi affectibus obnoxij. nam ſine his nemo (vt arbitror) morientium eſt. qui ſi nil de futura vita ſolliciti ſunt: aliquid certe in ante acta deſiderant.

¶ De Iſaacho.

Iſaacus filium Eſau maiorem natu heredem relinquere in animo habuit: at deceptus Iſraelem reliquit: noluit enim mutare: quod imprudens fecerat: aut certe non potuit. deceſſit igitur altero orbatus filio: altero non libero. quia in fratris mancipio. multo letius vita exiturus prole integra: aut meliore parte nõ adempta.

¶ De Moſe.

Quam futurorū ſollicitus Moſes vita deceſſerit: quū frequēs legum latio demonſtrat: tum ꝙ leges poſtremo latas ſanxit: atq; inuiolabiles fecit ad poſteros: execratione interpoſita ſi quis vnq; antiquare eſſet auſus.

¶ De Saulo Rege.

Nulli Iudeorū regum: ne ceterarū gentium dicam fortius propoſitū pereūti fuit q̄ Saulo: qui in eam aciem cum filijs deſcēdit: in qua ꝛ ſe et ſuos cognouerat perituros. paruit fortiſſimus rex fatali neceſſitati: q̄ leuius ferentibus incumbit q̄ repugnātibus. at ſui compos voti non perijt.

¶ De Dauide.

S Ed q̄ huius fortis ꝛ inuictus anim⁹: tam Dauidis pius ad extremum. qui morti primus illud primū vltimumq; mandauit filio: vt templum tam auguſtū et opulentū: q̄ ipſe animo cōceperat: Deo opti. maxi. edificaret.

¶ De Salomone.

Longe aliter affectus obijt Salomon: qui per manus ab eo regnum accepit: tam etſi pia omnia ſunt mētibus ꝓponenda: anxius tamē ꝛ fatorū anceps vita deceſſit Achie ꝓpheticaſignificatione cōmotus: qui fore dixerat vt quum rex a maiorū pietate aberraſſet: ipſius regnum in partes dilaberetur.

¶ De Chriſto.

Sed que ſupremarū ſit voluntatū maxime optabilis Chriſtus virtutū omniū exemplar ex alto crucis patibulo oībus demōſtrauit. id ſummi ducis exemplū omnis eius militia ſecuta: vt ne de inimicorū quidem ſalute extrema defuerit cura: adeo de cōmuni laborādum putarunt.

¶ De Ethnicis exemplis: Et primum.

¶ De Alexandro magno.

S Ubegerat totum oriētē magnus Alexāder. ꝛ iam de Aphrica ſubigenda cogitabat: vt ea ſubacta Europam Macedonū armis ſubigeret. nec tum illi⁹ cure: quū feſtinata mors tantas ſpes abrupit: illuſtri documēto: iuxta ſūma ꝛ ima equis a morte ſpatijs diſtare.

¶ De Philippo Rege.

Inter Emi montis aſcenſum: et Demitrij filij necem Philippus Macedonie rex Romanū bellum meditatus eſt. eūdem fortaſſis exitum habiturus niſi morte interim preuētus eſſet: quem Perſes habuit: cui id bellū non aliter: q̄ regnū reliquit hereditariū.

¶ De Mitridate ter victo.

C Ogitabat Mitridates rex ter vict⁹ a Romanis per Gallias bellum Italie inferre Agathoclis ꝛ maioris Aphricani exempla ſecutus qui hoſtilem terrā inuaſere: vt ſuā bello liberarēt. potuit ferociſſimus Rex tam Italie infeſtus eſſe: q̄ Penus olim fuit: ſi cū exercitu terrā ipſam intraſſet: ſed filij defectione propoſito aduerſus ac deſperatiōe actus. q2 veneno nō potuit: ferro perire maluit: q̄ cuiq; ſeruire.

De C. Mario.

c Aius Mari us ſeptimo cōſul ⁊ iam prope ſeptuagenari⁹ diem obijt: Ceterum propinquus morti: fortunam crudelem appel= lauit: ꝙ priuſq̄ conſil:a deſideria ſua pegiſſet: vita obrūperet.

De Conſaluo Agidario magno.

EAndem fortunam Conſaluus quandoq̄ aduerſam conſilijs ſuis expertus eſt. voluiſſet is expugnata Cephalenia Chalcidē decre to petere: ⁊ Turcis trepidantibus circa Peloponneſium arma Veneta oſtentare. premiſſis iam qui ea loca diligentius explora rent: Jacobo agidario itineris Duce viro ſolertiſſimo. ſed Piſauri⁹ Ve netus Imperator certo quodā cōſilio obſtitit. magis id facinus ratus q̄ vt ex ſententia rem ceſſuram ſperaret. idem in expulſis regno Neapolitano Gallis eos Mediolanenſi imperio eodem victore impetu deturbare para bat: Andree Agidarij viri in primis impigri opera ad hoc vſus. verū ſe cute mox inter Gallos Hiſpanoſq̄ inducie prohibuere.

De Platone.

QUanto ſapiētius Plato qui extremo vite tempore gratias egit natnre ⁊ ſuo Genio: ꝙ homo non beſtia natus eſſet Grecus non barbarus: ꝙ Socratis temporib⁹: a quo ſapiēter potuit inſtitui.

De Antipatro Tarſenſi.

ANtipater Tarſenſis mortem obiturus quum propter alia quedā ſuam laudauit fortunam: egitq̄ gratias: tum ꝙ ex Tarſo profe= ctus Athenas vſq̄ proſperrima vſus eſſet nauigatione.

De Auguſto principe.

MIſerum ⁊ infelicē appellauit Po. Ro. Auguſtus p̄nceps iam morti proximus: qui ſub Tiberio priuigno futur⁹ eſſet que vox arguit dolenter eum tuliſſe: ꝙ talis ſibi ſucceſſor cogitaſſet: aut ꝙ Ro. ciuitati pernicioſus aut quia licet priuignus: ſui tamen hoſtis quondam filius.

De Honore in defunctos exhibito. Capitulū. xiij.

TRibuerūt humane gētes multos honores multꝫ: ſed alios alia de cauſa. cognomina: ſtatue: ere: templa: et alia orna= menta que aut publice decernūtur: aut hominū cōſenſu tri= buūtur: virtutū ſunt premia. ſunt ⁊ gratie interdū formidi= nis ſepe aſſentatiōis ⁊ alieni ſtudij. Que vero defunctis dā tur: mera pietas eſt: merus amor: et ante acte vite teſtimo= niū in quo non ſpectatur quid velit is cui honos exhibet: ſed quid meri= tus ſit: non quid alij dandū putent: ſed quid quiſq̄ datum velit. nihil enim efficatius eſt aut aptius ad colendā defunctorū memoriā: q̄ humani ani= mi affectus qui liber eſt nec ab vllo cogi poteſt.

De Judeorum affectu in Moſem defuctum.

q Ualem ſtudium Hebraice fuit gentis in Moſem: qui populuꝫ ex Egipto edictum in libertatem aſſeruit. hinc vita defunctuꝫ vniuerſa multitudo tricenos luxit dies: diutius luctura (vt cre dere eſt) niſi mox gentis abſtitiſſet.

¶ De Iudeorum affectu in Saulum.

ESt ⁊ Saulo qui primus in Iudea Rex fuit non paruus honos poſt mortem perſolutus: quem Philiſteo bello cū filijs ad Gelborem montem interfectum: ⁊ ad ludibrium gentis crucis patibulo ſublatum iudei noctu ſuſtulerunt. cadauer funerarunt publico luctu in parte Gala aditane terre: ieiunio ſeptem dierum omnis ſexus et etatis indicto. ¶ De Chriſto.

ARe: templa: imagines: oratoria ſacella: feſti ⁊ ſolennes dies: ieiunia vigilie: ⁊ omnifariam cerimonie quas Chriſto regi: ⁊ ſacratiſſime eius militie decreuit humana pietas: tanto ſunt ceteris honoribus qui in terris decernuntur maiores ſanctioreſqꝫ quanto ſanctior fuit illoꝝ vita: ꝙ ceteroꝝ hominū qui omni euo floruere.

¶ De Chriſti templo.

MIratur hodie Byzantiū auguſtiſſimum Sophie templū quo nullum fuit olim in terris ſanctius: quia Chriſto ſit ſacrū qui vera eſt ſapientia: nunc ſacrorū ratio mutata: et ob eam rem minus venerabile. ¶ De Apoſtolorum templis.

HAbet ⁊ Roma ſanctior Byzantio quod in hoc genere miretur Barione Baſilicam in Vaticano ⁊ Hoſtienſi via: alterā Tarſenſi paulo ſacram vtramqꝫ immani amplitudine ⁊ apparatu viſendo religio vtrobiqꝫ ingens: ſed Vaticane ob pontificiam domum maior celebritas. ¶ De Pantheo.

SAcrauit ⁊ Pantheon pia poſteritas Dei pare virgini in eadem vrbe: opus cum ſua mole: tum quod vna ſit teſtitudine complexū inter pauca memorabi'e. ¶ De Templo Lateranenſi.

OBtigit et Io. Zacharie filio auguſtum et opulentum phanum religione cerimonia ⁊ donarijs nobile: tum quia pontificis ſit maximi ſedes: longe nobiliſſimum. ¶ De Franciſci Aſiſiatis templo.

STatuerunt ⁊ Franciſco Aſiſiati municipes ſui templū auguſtiſſimum pulchrum ⁊ venerabile Mediolanenſes diuo Ambroſio. ſed omnium opulentiſſimum Veneti diuo Marco: qui vrbi preſidet. quo nullum eſt hodie iu terris opulentiore: magiſqꝫ viſendo apparatu. ¶ De Ethnicis exemplis.

COnſacratum ⁊ prophani ex ſuis quoſdam celoqꝫ intulerunt: nō iuſtitiam: non pietatem: ⁊ innocentiam intuentes: ſed vite commoda. id demum rati deum eſſe hominem iuuare: ceu nulla melior ratio iniri poſſit celum affectandi. hic quia vi rem inuenit: ad morum perniciem: illa quia triticum ad ventris voluptatem celo digni iudicati ſunt. ſed omnia que his delira decreuit vetuſtas: tam longum ſit credo: ꝙ non neceſſarium ponere. quę igitur ad hominum memoriam p ropagandam ſuperſtites defunctis decreuere breuiter memorabuntur: ne copia faſtidium pariat. ¶ De Funeribus ludis. Cap. xv.

EStqꝫ omnium vetuſtiſſima memoria funebrium ludorū: quos Grecia in Nemee Archemoro iſtituit: niſi forte ſit adhuc his vetuſtior quos Acaſtus in Iolcho Theſſalie primus celebraſſe dicitur: fuerunt in ſecunda fama ⁊ Iſthmiaci: qui Scyronis me-

moꝛie dati ſunt. nec multo recētioꝛes res eſt Patrocli fun⁹ ad Troiā ⁊ in
Sicilia ad Drepanū Anchiſe patri ab Enea editi. ſꝫ poeticas hec decoꝛa
fabulis: magis q̄ hiſtoꝛica fide ſubnixa. ¶ De Ione Dyꝛrachi Nepote.

SImile illō q ab Ione Dyꝛrachi nepote ſit ioniū mare edictū: quē im-
pꝛudens Hercules in acie ꝑemptū in mare ꝓiecit. ¶ De Myꝛtilo.

PAr honos cōtigit ⁊ Myꝛtilo Hippodamie aurige: par Helle
Athamātis filie Pelopi: Palinuro Miſeno: quoꝛū noīa ma-
ria: montes: Peninſule nō patiunt interire. Tranſeo mille vr-
bium noīa: ꝑ que multoꝛū moꝛtaliū omni euo ſtabit memoꝛia.

¶ De Iunio Bꝛuto.

CErtioꝛ fama: ⁊ fidei ꝓpioꝛ de Iunio Bꝛuto. hunc qꝛ pudicitiā in
Lucretia violatā foꝛtiter vltus eſſet: Tarquinijs vꝛbe eiectis: ma
trone totum annū lugere. idem Quiritiū pꝛimus in funere a Va
lerio Collega laudat⁹. ¶ De Epheſtionis funere.

ALexander qui Oꝛientē domuit: Epheſtione defuncto mulis et
equis detonſis. vꝛbiū pinnacula diruit. Tubas ⁊ cetera īſtrumē
ta vetuit in caſtris canere. poſtremo diuinos illi honoꝛes: et ſa-
crificia vt ſemideo indixit oꝛaculū ſecutus. triū milia hiſtrionū
funeribus ludis adhibuit: omnē Buſſeoꝛū gentē trucidauit: teſtatus eas
ſe dare inferias Epheſtionis manib⁹: denis milibus Talētum: defunctū
extulit. ¶ De Marcelli funere.

MAgnum quidē qđ Alexander dedit Epheſtioni: ſed plus omino
quod Pen⁹ hoſtis. M. Marcello: quē inſidijs exceptū: ⁊ obtrū-
catū exqſitiſſimo exequiarū funerauit apparatu. fuit illud ami-
ci iudiciū: hoc hoſtis infeſtiſſimi. ¶ De Gracchoꝝ memoꝛia.

PLebs Ro. duob⁹ Gracchis ab optimatū factione interfectis:
ſtatuas ſacellaqꝫ his poſuit locis: in quibus icti cōciderāt co-
luitqꝫ tanto ſtudio: vt quotidie in his ſacrificia fierēt. inde illō
Coꝛnelie matris: habere tandē filioꝛū coꝛpoꝛa digna ſuis vir-
tutibus ſepulchꝛa. ¶ De L. Sylle funere.

NUlli Quiritiū maioꝛ honoꝛ cōtigit in funere: q̄ Coꝛnelio Syl
le. qui Ro. omniū pꝛim⁹ ciues ꝓſcripſit ſuos. ex thure ⁊ aroma
te a mulieribus cōgeſto ſtatua legitime magnitudinis cōpacta
eſt. ſenaqꝫ lectoꝛū milia in defuncti memoꝛiā ſtatuit ciuitas.

¶ De Lyſandro Lacedemonio ⁊ Phocione Athenienſi.

LYſandro Lacedemonio aram ⁊ ſacrificia poſt moꝛtem inſtituit
Grecia. Phociōis cineres aliūde repetitos publico ſumptu fu
nerauit Athenīēſis ciuitas. ſtatuā ereā defuncto erexit: accuſa
toꝛē capite dānauit: nō ſuū modico iudiciū ꝓteſa: ſed iudicij au
ctoꝛē: qđ de Socrati datū plane cōſtat: quē quū infenſa dānaſſet ciuitas:
damnatū ſtatua decoꝛauit. ¶ De Antonio Triūuiro ⁊ Cleopatra.

DEdit Ceſar Auguſtus Antonio college olim ſuo dedit et Cleopa-
tre regine ſepulchꝛū: opere ⁊ materia inter pauca memoꝛabile.

¶ De Mauſolo Rege.

SEd multo opulētius celebꝛiuſqꝫ ſtatuit Mauſolo Carie regi con-
iunx Arthemiſia pꝛeclarū opus ⁊ qđ magnū regine nomen attulit.

¶ De Alphonſo Agidario Betico.

NOſtra vero etas vidit in Alphonſo Agidario (qui dux cōfecto Betico bello Mauros iterū rebellātes circa Arūdam oppugnabat. in qua pugna ſuoꝝ negligētia fortiter pugnādo occubuit) tantā funeris pōpam vt pter regios ꝓpe exequiarū apparatus: ſingule ciuitates Hiſpanie ſuis quoqꝫ locis illi iuſta perſoluerint. neqꝫ minor nūc eius interfecti apd Hiſpanos fama: ꝙ Cōſalui fratrꝫ celebritas: qui Neopolitanū regnū incredibili felicitate Gallis ademit. ſepulchro talis inſcriptio regnū decreto eſt addita: vt appareat illū tanqꝫ numē ab oībus cultū. Hui⁹ mēoria reſqꝫ ab eo preclare geſte ne penitus interirēt Iacobi Agidarij cura effectū. q Trophea ⁊ alia monumēta illi erigēda in agro Brixiano curauit.

Marci Antonij Sabelli exemploꝝ Libri decimi Finis.

¶ Io. Baptiſta Egnatius Venetus ad Lectorem.

NOn eram neſci⁹ lector optime: fore pleroſqꝫ quib⁹ potiori cure ſit aliena ꝙ ſua ſemper agere: qui ſtudiū hoc in Sabellicū meū partim mirenť: partim quoqꝫ vt leue et ſuſpectū accuſent. atqꝫ illis fortaſſe admirationi erit: qui mortalitatꝫ haud ſatis mēores: īmortales inimicitias eſſe vellent. tanqꝫ nihil eque hoiem deceat: ꝙ inimicitias magno aīo ſuſcipe: ⁊ ſuceptas fortiter retinere. Ego vero vt fatear diſcordiarū ſemina īteruenire qñqꝫ neceſſe eſſe. hoies enim viuemus: odimus: iraſcimur: vt affectus hmōi iam in beſtijs acriores nō ſint: ſic certe plus eſt qđ rationi: qua ſum⁹ deo ꝓximi: debere nō cenſeam: atqꝫ vtinā illa: vt par eſt: in nobis ſemꝑ preeſſet. Non vererer qn illi qui paulo ante admirabanť factū ſummis id extollerent laudib⁹: et predicatiōe ſua cōprobarent. Nam qđ alij accuſent vt leue ⁊ (ſi dijs quoqꝫ iam placet) ſuſpectū illi mehercle neſcio quo pacto minus nos mouent: quādo res ipſa ſtatim coarguere: atqꝫ ipſos accuſatiōe dignos oſtēdere valeat. Nam qđ minus ꝑ deos leue eſt: qui cū antea affectui ⁊ pturbationi multū inſeruieris: errore cognito rationi te totū tradere? mihi vero quiſqs hoc fecerit: ſumma laude dign⁹ vel clariſſimoꝝ virorū exemplo videať. cū preſertim recōciliatam gratiā maiore beniuolētie teſtificatiōe ſepe tueamur: ne qđ antea error: grauiſſimū poſtea perfidie exiſtimeť crimen. Nos vero cum alijs honeſtiſſimi cauſis adducti: ⁊ prius Sabellicū funebri laudatiōe ꝓſecuti ſum⁹: ⁊ nunc pro virili opus hoc emēdauimus. Cuius editionē moriens mihi ad ſe accerſito: et gratam recordationē pietatis in ſe Michaelis Triuiſani Nicolai filij: qui ſub eo nō paruo tꝑe meruerat: quiqꝫ opus hoc lituris plenū exſcribendū curarat: cōmendauit vt tam obſtinatū: tam durum: tam deniqꝫ ferreū eſſe putem neminē: quem ſuprema illa vox moribūdi hominis atqꝫ ideo ab omi ſuſpitiōe immunis nō emolliſſet: me certe adeo emolijt: vt nihil pro hūanitatꝫ iure negare homini preſertim iam morienti potuerim. maiorē hoc facto laudem a bonis ſperans: ꝙ quicqđ de me Amaſiuij ⁊ Rabirij iſti recentes oblatrent attendens.

Vale ⁊ ſalue.

Hos decẽ Marci Antonii Coccii
Sabellici Exemplorum libros: nouiſſima fetura editos:
Thomas Kees diligẽtiſſime Impreſſit pro Pon
ceto le preux Bibliopola Parrhiſienſi
apud Lupũ vici ſancti Jacobi
cõmorãte. Anno. M.D.
xiij. mẽſis Septẽ
bris: die ve
ro. xv.
✠